quod etiam resoluit Mascard. *volum. 3. concl.* 1331. *Spoliatus nu.* 7. 8. & 9. & idem Barbosa *n.* 64. *cum sequent. & n.* 67. & 68. vbi in indiui duo hanc sequitur conclusionem.

320 Contra hoc dicit Monasterium. Primò, non posse super peritorio pronuntiari, quia illud reseruauit, & suspendit in suis libellis, & ita solùm debere pronuntiari super possessorio, ex Clement. 1. *de causa possessionis.*

321 Cui respondetur. Primo, quòd quando suspensio facta fuisset, cum omnibus iuris circunstantijs, hoc in causis possessorijs mixtis locum non habet *capit. Pastoralis, versic. Aliis possessorijs, de causa possess.* secundum intellectum Bellamer. ibi, *quæst.* 5. *principali*, Contard *in l. vnic. C. si de moment. possess. limitat.* 2. *§.* 18. *n.* 9. *pag.* 249. Sacca *cons.* 2 *num* 67. Marescot. *lib.* 1. *variarum cap.* 36. *num.* 20. & Contard. *supra n.* 10. vbi hac de causa resoluit sententias pronuntiatas in istis mixtis possessorijs, in petitorio præiudicare, quod sequitur Sacca *d. consil.* 2. *num* 67 & 68.

322 Secundo, nec etiam habet locum suspensio, quãdo quæstio est super iuribus incorporalibus, & vterque tã actor, quàm reus contendit esse in possessione, Menoch. *de retinend. remed.* 3. *num.* 539. & 541. quod huic casui adaptatur, nam possessionem horum bonorũ vtraque pars prætendit, & bona ab Episcopo relicta sunt Regalia iura, & credita, vnde non obstat oppositio facta à Monasterio, quòd Menochius hanc conclusionem non probat, cùm hæc decisio punctualis sit, & huic casui adæquata.

323 Tertio, quia quamuis Monasterium petitorij suspensionem introduxit, & protestatum fuit, quòd de illo non ageretur, hoc instanter non fecit, nec in qualibet parte iudicij, vt requiritur: & ita animaduertit Iacobin. *in l. si de vi, num.* 19. *de iudicijs*, Contardus *de moment. possess. limitat.* 2. *in principio num.* 13. & 14.

324 Et si contra actoris protestationem iudex articulos, & probationes super proprietate admittit, debet actor appellare ab illa admissione articulorum, Craueta *consilio* 248. *num.* 4. Personalis *de adipiscend. numero* 381. *sub versic. Et prout in simili*, Menoch. *de recuperand. remed.* 1. *num.* 167. Scaccia *de iudicijs lib.* 2. *capit.* 7. *num.* 145. vbi dicit hanc certam esse resolutionem, & in practica receptam, & vt actor præiudicatus remaneat, sufficit tacita articulorum admissio super proprietate.

325 Quarto, Monasteriũ non solum non protestatum fuit continuò, ne admitterentur articuli super proprietate, sed ipse probationem fecit super verificatione, & validatione donationis, & cæteris defensionibus ad petitorium pertinentibus, & ita super eo pronuntiandum est, vt in specie tradit Achiles de Grassis *decis.* 91. *alias* 3. *de iudicijs*, vbi ex coniectura libelli, & articulorum recedit à suspensiua. Quę decisio est in difficiliori casu, ibi enim in prima instantia pronuntiatum erat super possessorio, & in secunda commissio expedita fuit, vt de negotio possessorio cognosceretur vna cum toto negotio principali, prout in prima, & super petitorio pronuntiatum fuit, & cùm dubitaretur, an hæc sententia nullitatem contineret, cùm absque commissione, aut illem excedendo fuisset pronuntiata, fuit resolutum nullitatem non continere ex prædicta coniectura libelli, & articulorum, sequitur Farinac. *decis.* 95. *n.* 4. *part.* 2 *in recentioribus.*

326 Et æquum non esset, quòd Monasterium articulare, & probare super proprietate potuisset, & idem Ecclesiæ denegaretur, vt cõsiderat Decius *consil.* 161. *in causa quæ agitur, num.* 2. *vers. Prætereà aduertendum est, quòd capitula pro parte Conuentus.*

327 Idem tradit Puteus *decis.* 29 *licèt spoliatus, lib.* 2. *in* 2. *editione*, vbi loquitur in terminis manutentionis, & Paris. *cons.* 113. *num.* 8. & *consil.* 112. *num.* 56. *lib.* 1. resoluit, quòd propter actum subsequentem probandi super proprietate, & cõsentiendi reum idem facere, receditur à protestatione suspensionis.

328 Quinto, nam absque dictis circunstantijs sufficiebat hoc iudicium esse mixtum possessorium, vt pronuntiari deberet, tam super possessione, quàm super proprietate, cùm in arbitrio partis non sit, naturam & qualitatem iudicij elidere, Amato *resolut.* 39. *n.* 139. *& sequent. lib.* 1.

329 Sexto, quia Ecclesiæ fauore limitatæ sunt iuris dispositiones spoliato fauentes, & ideò si Prælatus spoliet possidentem rem Ecclesiæ, & conueniatur interdicto vnde vi, & opponat de dominio Ecclesiæ, debet super dominio pronuntiari, Alexand. *in l. naturaliter, § nihil commune, de acquir. possess. num* 30. Genuens. *in practica Eccles. quæst.* 131. *num.* 4. & 314. *per totam.*

330 Et si replicetur, hanc limitationem esse contra *caput* 1. *de restitut. spol.* vbi Ecclesia spoliauit, & hoc non obstante repelluntur exceptiones defectus dominij, & quòd nullus inuenitur textus, qui hanc probet conclusionem, facilè respondetur *in cap.* 1. Ecclesiã non spoliasse, sed homines Ecclesiæ, & quando Ecclesia in ratione decidendi, illius textus comprehenderetur, adhuc procedit limitatio Alexand & Genuens.

331 Denique etiam inter laicos quando constat de bono iure illius, contra quem petitur suspensio petitorij, non habet locum, nec debet admitti, Mohedan. *decis.* 14. *titulo de restitutione spoliatorum*, Marescot. *lib.* 1. *variar. cap.* 36. *num.* 13.

332

332 Secundo opponit Monasterium, non posse super petitorio pronuntiari, nam super eo libellus non est, quia productus super possessorio concludit.

333 Sed primo satisfit, nam Monasterij libellus super petitorio concludit, quia quando petit bonorum sequestrationem, addit, vt Monasterium liberè sua vtatur possessione, & iure, & concludit his verbis: *Se alce el embargo, y se le entreguen los dichos juros, y bienes, para que vse del derecho que tenia*, & petit iustitiam Quæ verba petitorium, & possessorium comprehẽdunt, Iason *in l. naturaliter, §. nihil commune, de acquirend. possess. num.* 183. *cum sequentib. &* 186. *&* 187. vbi pro exemplo adducit petitionem Monasterij, & hæc exempla, & alia ponit Bolognet. *in dict. § nihil commune* 3. *part. num.* 438. Contard. *in l. vnica, de momentanea possession. quæst.* 18. *num.* 24. *&* 34.

334 Et quando conclusio Monasterij fuisset præcisa super possessorio, adhibita clausula *Peto ius & iustitiam*, censetur intentare possessorium, & petitorium. Iason *in dict. §. nihil cõmune, num.* 11. Bolognet. *dict num.* 438. *versic. Item petens ius, & iustitiam*, Contard. *in dict. l. vnic. quæst.* 13. *n.* 45. 46. *& sequent.*

335 Secundo absque his circunstantijs, quando libellus solùm super possessorio conciperetur, debebat pronuntiari super proprietate, quod etiam probant Doctores resoluentes, quòd sententia prolata in possessorio præiudicat in petitorio, quando plenè fuit cognitum, Molin. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 22. *versic. Quarto etiam*, Menoch. *de retin. remed.* 5. *num.* 122. *versic. Tertius est casus, & consil.* 422. *num.* 26. *lib.* 5.

336 Et ex hoc, probationes præiudicant etiam in petitorio, vt per Molin. *dict. capit.* 13. *num.* 21. *vers. Tertio etiam infertur*, Ludouis. *de cif.* 538. *num.* 14. *&* 15.

337 Et sententia prolata in iudicio executiuo præiudicat in ordinario, quando plenè fuit cognitum, Roman. *in dict l. naturaliter, §. nihil commune, versic. Secundo*, & ibi Ripa *num.* 38. Alexand. *num.* 78. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 126. *num* 10. *&* 11. Franch. *decis.* 289. Barcio *decis.* 149. *num.* 6.

338 Et quando in prima instantia deductum est petitorium, & possessorium, & iudex pronuntiat super possessorio tantùm, si appelletur, potest iudex appellationis pronuntiare super petitorio, & obstabit res iudicata in petitorio, Bald. *consil.* 153. *lib.* 1. Grato *consil.* 16. *num.* 18. *& consil. vltim num.* 51. *lib.* 2. Rota *de cis.* 351. *num.* 4. *part.* 1. *diuersorum*, Franch. *decis.* 199. *num* 8. Grasis *decis.* 9. *de caus. possess. num.* 3. *&* 4. Marquef. *de commis. tom.* 1. *titulo de commis. appellat. in Saluiano interdict. part.* 1. *§.* 2. *num.* 110. *fol.* 109. Scaccia *de appellatio. quæst.* 17 *membro* 7. *limitat.* 6. *num.* 129. *& eadem limitat.* 6. *membro* 9. *num.* 38. *versic. Confirmatur*, Garcia *de nobilitate, gloss.* 1. § 2. *num.* 25. *& vers. Rursum.*

339 Tertio, nam secundum legem Regni debet iudicari veritate inspecta, & multo magis in Senatu Principis, qui ipsum Principem repræsentat, quo extante, si solùm deductum sit possessorium, potest Senatus, si sibi videbitur, super petitorio pronuntiare, Decius *cons.* 446. *num* 20. Rubeus Alexand. *consil.* 4. *num.* 22. Aymon *cons.* 299. *num.* 8. Natta *cons.* 302. Bertazol. *consil. ciuili* 31. *num.* 6. *&* 7. Bursatus *consil.* 129. *num.* 17. *volum.* 2. Menoch. *cons.* 2. *num.* 190. *lib.* 1. *& rursus cons.* 180. *num.* 7. *& sequent. lib. & consil.* 722. *num.* 5. *&* 735. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 8. *vbi n.* 3. addit, quòd licet ipse Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 477. *&* 478. hoc reliquit cogitandum, postea re maturiùs deliberata, in ea fuit sententia, vt Supremus Senatus possit super petitorio pronuntiare.

340 Quarto, nam in hoc casu alia occurrit circunstantia, nẽpe fauor Ecclesiæ de Guadalaxara, & quòd sit Regij patronatus, & huius causæ retardatio, quæ durauit per septem annos, nondum pronuntiata remissionis sententia, etsi solùm super possessorio determinari deberet, vt causa postea super petitorio decideretur, multum protraheretur, & magna incommoda, & sumptus resultarent contra Ecclesiam, quos sustinere non potest ob eius paupertatem: & hoc casu debet iudex super petitorio pronuntiare, vt consulat partium expensis, vt ex Staphilæo probat Menoch. *consil.* 722. *n.* 7. *lib.* 8. *& cons.* 180 *n* 9. *lib.* 2.

341 Quinto, nam possessio à Monasterio deducta anceps, & dubia est, vt patet ex supra dictis, & in his terminis, Rota semper iudicat super petitorio, omisso possessorio, Farinac. *de cif.* 557. *num.* 4. *part.* 1. *& decis.* 542. *n.* 2. *part.* 2. *in recent.*

342 Denique quando suspensum petitorium esset, nullam haberet difficultatem pronuntiatio super omisso possessorio, quia iste ordo, non est substantialis iudicij, sed est ordo congruitatis, vt plenissimè probat Scaccia *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *membro* 7. *nu.* 127. *& sequent. pag.* 593.

343 Tertio, Monasterium opponit pronuntiari non posse super petitorio, quia res iudicata est ad hoc, vt solùm de possessorio agatur Cui satisfit.

344 Primo, quia dictum decretum nõ determinat, quòd probationis admissio sit super summarissimo interim, nam ad hoc vti debebat formula adducta à Couarru. *in practicar. cap.* 17. & dictum decretum diuersum est, nam in eo expressè iubetur, quòd probatio intelligatur cum noua Monasterij allegatione, & cũ deductis ab Ecclesia, in quantum ad possessionem, quæ verba præcisè adaptantur iudicio plenario possessorio, in quo de omnium partium iure cognoscitur, quia vt docet Beccius

con-

consil.21.num.10.lib.1. remedium possessorium retinendæ est duplex, vnum summarium, alterum plenarium, & in plenario procedit ordinariè, & datis terminis, & profertur definitiua sententia, prout in aliis iudicijs ordinarijs, quod etiam sequitur Fontanela *de pactis, clausul.7. gloss.3. part.10. num.14.15. & sequent*, & in his terminis admittuntur exceptiones defectus proprietatis, Menoch. *de retin. rem.3 num.684.*

345 Secundo litis prosequutio conuenit non solùm possessorio iudicio plenario, sed petitorio, & ita iudicium possessorium non est, sed petitorium, Paris. *consil.112. num.55. lib.1.* Roland. *consil.76.nu.37.lib.1.* Menoch. *de recuperand.remed.1.num.177.* qui dicunt prosequutionem super petitorio, & possessorio operari, vt super vtroque pronuntietur.

346 Tertio, nam res iudicata exceptio est quæ reo competit, & vt ei prosit, eam debet opponere, & si expressè, vel tacitè assentitur, quòd super decisis per rem iudicatam cognoscatur, in exceptione præiudicatur, ex doctrin. Innocent. *in cap.cum contingat, de offic. delegat.* Mohedan. *decis.4. titulo de re iudicata*, Mascard. *volum.3. concl.1331. spoliatus num.5.& 6.* Cancer. *lib.3. variar. capit.17.num.9.* Giurb. *decis.14 num.5* Caual. *conf.150.num.29.& 30.lib.1.* Sforcia *de restitut. quæst.73.n.28.* vbi tradit, quòd licet sententia prætextu instrumenti de nouo reperti non possit reuocari, hoc non procedit, si victus nouum instrumentum producens de facto fuit admissus, quia si ex actis constat de iniustitia sententiæ, debet reuocari.

347 Et in ista materia spolij, ita arguunt Personalis *de adipiscend. num.381. versic. Et prout in simili*, Menoch. *de recuperand. remed. 1.num.172.*

348 Et non potest allegari *Clementina si appellationem, de appellat.* vt probetur rem iudicatam renuntiari non posse. Primò, quia Clementina hanc conclusionem non probat. Secundo, nam in contrarium est communis opinio.

PVNCTVS SECVNDVS.

349 QVando solùm possessorium iudicium determinari deberet, vt fecit Senatus in visionis instantia, debet confirmari sententia, ad quod tria fundamenta proponentur. In primo

PRIMVM FVNDAMENTVM.

In quo probatur Ecclesiam de Guadalaxara horum bonorum habere possessionem.

350 VT est propositũ, & fundatum supra, dominium bonorum, quæ adquisita sunt ab Episcopo sæculari, vel regulari, Ecclesiæ ex particulari priuilegio adquiruntur.

351 Quod priuilegium habet etiam in quantum ad possessionem, eo enim ipso quòd bona adquirit Prælatus, illorum possessio in Ecclesia incorporatur absque alio actu apprehensionis, vt tradit Innocent. *in capit.cum in officys, de testament. num.6* omnino videndus, *& in cap.cum super, de causa possess. & proprietat.num.3.& 4.* vbi quòd dominium, & possessio rerum Ecclesiæ est penes Christum, eõ autem penes Prælatum, Bald. *in authent. licentiam, C. de Episcop. & Clericis, num.4* ibi: *Secunda ratio est, quia ex quo Prælatus reperitur in possessione, præsumitur possidere nomine Ecclesiæ, quia ad officium suum pertinet adquirere Ecclesiæ*, Alexand *in l.1. §. municipes, num.8 de adquirend. possess.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 48. nu. fin.* Genuens. *in practicab. Eccles. quæst. 135. num.5.* & notabiliter Sarmiento *de redditibus, part.3. capit.2. num.28. versic. Quinimo quod fortius est*, vbi ad hoc allegat *l.1. §. item adquirimus, de adquir. possess.* æquiparans Episcopum Ecclesiæ respectu, filio familias, vel seruo, respectu patris, vel domini, Menchaca *lib.3. controuers. illustrium, capit.105. num.21.* vbi ad literam refert, & sequitur doctrinam Innocent. *in dict. cap. cum in officys de testamen.* Redoan. *de spoljs, quæst.12. num.9. versic. Per quæ meo iudicio, & num.10.& 11.& quæst.17. num.14. versic. Quintum priuilegium est*, vbi latè probat, quod Camera nanciscitur possessionem rei, quæ adquiritur sine aliqua apprehensione, quod repetit *num.84. versic.85. priuilegium est.*

352 Secundo, quia Doctores de Religioso Episcopo, circa adquisitionem bonorum loquentes, dicunt, non remanere liberum à regula, & voto paupertatis. Et sic vt ante Episcopatũ Monasterio adquirebat, ita post Episcopatum adquirit Ecclesiæ.

353 Ex quo prouenit aliud fundamentum in fauorem Ecclesiæ de Guadalaxara, quòd Religiosus professus se, & sua dedicat Deo, *authent. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles.* & ideò in

Ecclesia incorporatur absque alio actu apprehensionis, vt tradit Innocent. *in capit.cum in officys, de testament. num.6* omnino videndus, *& in cap.cum super, de causa possess. & proprietat.num.3.& 4.* vbi quòd dominium, & possessio rerum Ecclesiæ est penes Christum, eõ autem penes Prælatum, Bald. *in authent. licentiam, C. de Episcop. & Clericis, num.4* ibi: *Secunda ratio est, quia ex quo Prælatus reperitur in possessione, præsumitur possidere nomine Ecclesiæ, quia ad officium suum pertinet adquirere Ecclesiæ*, Alexand *in l.1. §. municipes, num.8 de adquirend. possess.*

rum, quæ Episcopus post consecrationem ad quisiuit.

354 Nec obstabit replicare, hoc fundamentum deductum ex doctrina Hostiens. & Ancharran. & cæterorum procedere in bonis, quæ habebat Episcopus tempore promotionis ad Episcopatum, & non in bonis postea adquisitis: nam in his maiori, cum ratione procedit adquisitio possessionis Ecclesiæ, tùm ex doctrina Innocent. & aliorum relata supra *num.* 30. tùm quia adquisitum à Religioso post professionem ipso iure adquiritur Monasterio, *authent. ingressi, C. de Sacrosanct.* & ita aduertit in indiuiduo, Butr. *in capit. in præsentia, de probat. num.* 28. *versic. Vnde capacitas, & versic. Hæc omnia*, vbi quòd hæreditas delata monacho censeatur Monasterio deferri, & quòd Monasterium debeat illam acceptare, & non Monachus, sequitur Argel. *de adipiscenda possess. quæst.* 10 *num.* 6. 7 & 8. & *quæst.* 3. *art.* 20 *n.* 1027. dicens, quòd quidquid post professionem ad monachum pertinet, adeò acquiritur Monasterio, vt nec quidem momento temporis apud ipsum monachum remaneat, Rota apud Farinac. *decis.* 333. *n.* 2. *part.* 2. *in recent.* vbi quòd hoc casu Monasterium non tenetur debita monachi soluere de hæreditate sibi delata, Gratian. *tom.* 2. *capit.* 363. *n.* 16. *cum sequent.* Beltram. ad Ludouis. *decis.* 87. *num.* 5.

355 Tertio ex hoc infertur ad possessoriũ remedium, quòd secundum visionis sententiã possessio Ecclesiæ dari debet ex sola assistentia iuris communis, *cap. cum personæ, de priuileg. lib.* 6. Marescot. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 1. Gratian. *tom.* 3. *cap.* 441. *num.* 22. & *tom.* 5. *c.* 870. *num.* 8 & *cap.* 890. *num.* 18.

356 Et ad hoc est punctualis Innocentij doctrina *in cap. cùm in officijs, num.* 5. *de testament.* vbi quæstionem proponit inter hæredem institutum à Clerico, & Ecclesiam, quis eorum in remedio possessorio præferretur? & dicit, quòd Ecclesia debet præferri, tanquam domina in bonis intuitu Ecclesiæ adquisitis, & quòd si hæres bonorum possessionem apprehendit, erit spoliator, & incurret pœnas *legis si quis in tantam. C. vnde vi*, & rationẽ adducit, quòd Episcopus non possit suo facto interuertere possessionem Ecclesiæ, sequitur Bald. *in authentic licentiam, C. de Episcop. & Clericis, num.* 4. ibi: *Quòd si ille, cui Prælatus relinquit talem possessionem, etiam iure institutionis eam occupet propria authoritate, quòd ipse incidit in pœnam, l. si quis in tantam, C. vnde vi, nec excusatur obtentu testamenti, & est ratio, quia cùm penes Ecclesiam sit ciuilis possessio, nec hæres, nec testator potest eam interuertere*, quod idem est quod dixit Innocent. eandem resolutionem sequitur Menchaca *lib.* 3. *controuers. illustrium cap.* 105. *num* 21. Follerio *in constit.* 1. *de Sacrosanct. Eccles. num.* 31. cuius dicta reassumpsit Riccius *in praxi Ecclesiæ tom.* 3. *resolut.* 410. & vltra eos Redoan. *de spoliis, quæst.* 12. *num.* 9. *versic. Per quæ meo iudicio, & num.* 10. & 11. vbi in totum sequitur doctrinam Innocẽtij, & rursus *quæst.* 15. *num.* 12. *cum sequent.* vbi in hoc distinguit inter Clericum simplicem nõ habentem ordinem sacrum, neque beneficium, & habẽtem ordinem sacrum tantùm, & inter habentem beneficium cum ordine sacro: nam in duobus vltimis casibus semper pro Ecclesia præsumitur bona fuisse adquisita intuitu illius, & beneficij, & sic intrat in possessionem contra hæredem, & hoc latè prosequitur *num* 24. *post medium*, vbi decidit huius puncti dubitationem ex eo quòd cum sequenter Clerici, & Episcopi agant de damno Ecclesiæ, fingentes venditiones, & donationes in fauorem consanguineorum, & affinium, semper Camera Apostolica debet apprehendere possessionem, vt patet ibi: *Et Ecclesiam, vel Cameram apprehendere debere possessionem, & in illa manuteneri potiùs quàm hæredem.*

357 Nec obstabit, si replicetur quòd iuxta doctrinam eiusdem Innocentij *in cap. cum in officijs de testament. num.* 5. Ecclesia nullum habet possessorium remedium, quando Prælatus transfert in alium possessionem, vt patet, ibi: *Si autem Prælatus in alium transferret, tunc non haberet Ecclesia, nisi rei vindicationem, vel ad exhibendum.*

358 Nam respondetur, quòd oppositio nõ adaptatur, Episcopus enim de Guadalaxara nil in Monasterium transtulit, vt latè probatũ est, nec etiam possessionem, vt infra dicetur, & iuxta resolutionem Genuens. *in practicab. Eccles. quæst* 495. *num.* 2. translatio possessionis facta ab Episcopo in tertij fauorem, non operatur quòd Ecclesia amittat possessorium remedium, sed solùm facit quod teneatur cũ tertio illo litigare, & obtinebit, nisi tertius probet possessionem verè in eum translatam fuisse, & potuisse Episcopum disponere.

FVNDAMENTVM SECVNDVM.

In quo probatur Monasterium horum bonorum possessionem non habere.

359 HOc probatur. Primò, quia supposito quod Episcopus possit de bonis suis disponere, vt teneat donatio, requiritur quòd sequatur realis, & effectiua eorum traditio, Barbac. & Zauarel *in cap. ad hæc, de testam. num.* 6. Couarruu. *in cap. cum in officijs num.* 6. *eodem tit.* & agnoscit Nauarr. *locis citatis supra num.* 259. & 262.

360 Et idem dispositum est in motu proprio Pij Quarti, de quo supra *num.* 264. ibi: *Nisi post donationes ipsas, illi qui eas fecerint per* 40. *dies supervixerint, ac realem, & actualem traditionem ipsorum bonorum infra dictos* 40. *dies*

dies fecerint,& aliæ ſolemnitates à iure requiſitæ deſuper ſeruatæ fuerint.

361 Et idem deciditur in Bulla Pij Quinti anno 1567.in his verbis: *Vel ſi ſani extiterint,niſi realis rerum donatarum,illarum donatarijs ſubſequatur traditio,& illarum perpetua dimiſſio,ſeruata tamen forma iuris,ſi quæ ſeruanda fuerit, nullas,irritas,& inanes fore & eſſe, nullumque per eas ipſis donatarijs in rebus donatis huiuſmodi, etiamſi in pecunia,aut iocalibus, vel ſuppellectilibus domus conſiſtant,ſeu ad illas ius adquiri,aut adquiſiſſe cenſeri,*& illic Pius Iulij Tertij Bullam confirmat,quæ erat in eodem caſu expedita,& tradunt D.Solorçan. *de Iure Indiarum lib.3 cap.10.num.88.89.& ſequent.*Valle *in praxi collectan. part.1.cap.9.n. 1.& per tot.*& ad fin,inſerit Bullam Pij V.

362 Quo ſuppoſito,Monaſterium horum bonorum poſſeſſionem non habet,quia illorum vera traditio non reperitur,iuxta ſupra allegata contra ſchedulam,& quãdo conſtaſſet de dicta donatione ex publica ſcriptura, non interuenit traditio realis, nec cum effectu, cùm Epiſcopus pro ſuæ vitæ tempore vſumfructum bonorum,ſibi reſeruaſſet.

363 Secundò, quia ex alio capite non inuenitur traditio,nam bona ab Epiſcopo relicta ſunt Regalia iura,& credita quæ non erant illi ſoluta,& ad exactionem eorum non ceſſit in ſchedula iura, & actiones, qui actus eſt neceſſarius ad tranſlationem poſſeſſionis in iſtis iuribus incorporalibus, vt tradit Imola *in l. ad eum.num.1 ff de donat.*vbi addit non ſufficere traditionem inſtrumenti,niſi adſit ceſſio actionum,ſic limitans *l.1.C.de donat.*ſequitur Herculan. *in l.3.num 20.ff.de acquir poſſeſſ.*& ibi Claudius *num.*4.Rebuff.*ad l.Gall.titulo de mat. poſſ in præfat n.83 pag.761.*

364 Non obſtãte,quòd Epiſcopus in præ dicta ſchedula aſſeruiſſet voluiſſe donare, & bona monaſterio cedere: nam verbo, *Cedere,* non vſus fuit Epiſcopus in ea ſignificatione ceſſionis actionum,ſed vt ipſam bonorum donationem ſignificaret, quod non obſtat, cùm ſit ceſſio actionum neceſſaria,vt tradit Herculan.*in d l.3.ff.de adquir. poſſeſſ.n.20.*

365 Contra hoc opponit monaſterium, quòd alij Doctores tenent contra Imolam, & citatos, ſed reſpondetur noſtram opinionem eſſe certiorem,& ſolidioribus niti fundamentis.

366 Quibus addo,quòd poſſeſſionẽ ſcripturarum habere, ſi nihil earum virtute exigatur, nullius momenti eſt, cùm quaſi poſſeſſio conſiſtat in exactione ſciente,& patiente aduerſario,vt infra dicetur,& qui non exigit,nihil poſsidet,er doctrina Bald. *in cap. cum olim 2 ante num.1.verſic.Sed alius de reſtitutione ſpoliatorum,* vbi loquitur de Epiſcopo pronuntiante excommunicationis ſententiam contra ſubditos inobedientes,quòd hoc caſu nihil poſsidet,niſi labia ſua,quibus protulit ſententiam:ſequitur Butr.*num.11.verſic.Quando promulgatur,*Ancharran.*num.*5 Abbas *num. 17 in fine,*Imola *num.*3.Henriq.Bohic *num. 1.in d.cap.cum olim,*Bald.*in cap.*1.§ *Sacramentum num.9.de conſuetudine rectí feudi.*

367 Cui fauet Innocentij doctrina *in cap. in literis num.6.verſic.Et poſſeſſio,de reſtitutione ſpoliatorum,*vbi quòd quando præbenda conſiſtit in nominibus debitorum, non adquiritur illius poſſeſsio ex ſola aſsignatione, vel ceſsione:nam requiritur quòd ceſsionario de fructibus reſpondeatur,ſequitur Bald. *in l.2. C.de ſeruit.& aqua num.48.verſic,Super tertio puncto,*& cum alijs Maſcard. *concl.1213. poſſeſſio præbendæ num.4 & 5.*

368 Tertio,nam quando in dicta ſchedula ceſsio bonorũ inueniretur,iſte modus translationis poſſeſsionis,fictus,& non naturalis eſt, Veral.*decij.135.num.3.part.2.* Antonius Gomez *in l.45.Tauri num.56* & quòd requiratur vera traditio in rebus incorporalibus ad transferendam poſſeſsionem tradit Alexand. *in l.cum hæredes,n.9.de adquirend. poſſeſſ.* Gratian.*tom.1.cap.113.num.76.verſic.Cum etiam in incorporalibus.*

369 Quarto,nam cum Eccleſia horũ bonorum poſſeſsionem habeat,vt ſupra n.301. vt ea priuetur,neceſſaria eſt vera,& realis traditio,& ficta non ſufficit,vt tradit Innocent. *in cap.cum in officijs de teſtamentis num.*5 ibi: *Si autem Prælatus in alium transferret,*quod etiã declarat Alexand.*in l.1.de adquirend. poſſeſſ.n. 91.verſic.Ex his poteſt inferri,*& ibi Iaſon *num.* 110.Alexand.*conſil.81.num.16.verſ.Alio reſpectu etiam videtur lib.*3.Maranta *in tractat.de multiplici alienatione num.*270. qui inuenitur poſt conſilia ipſius Tiraquel.*de conſtitut.limitat.16.*Genuenſ.*in practic.q.*302.

370 Quinto replicare non obſtat, quòd quamuis donatio ſit nulla, hoc non obſtante fuit poſſeſsio translata in monaſterium, quia eſt quid facti,*per l.1.§.Si vir vxori,ff.de adquirend. poſſeſſ.* quia hoc limitatur fauore Eccleſiæ,ſiquidem ad translationem poſſeſsionis in alium in ſui præiudicium,requiritur quòd fiat per actum validum,& realem, vt probatur in *l.iubemus ad finem,C.de Sacroſanct.Eccleſ* & in indiuiduo ita notat Bart. *in dict.§.Si vir vxori num.*8.Alexand.*conſil.81.n.14.lib.3.*Franchis *deciſ.163.num.2.in fine,& n.3.*Genuenſ. *quæſt.131.*Riccio *collectan.2831.part.7.*Rendin.*in promptuar.recept.ſent.tit.88.n.1.*

371 Et licèt nõ militet fauor Eccleſiæ(vt in præſenti caſu) requiritur ad transferendam poſſeſsionem per actum nullum realis traditio,& non ficta,Gratian.*tom.2.cap.317.num. 5.& tom.3.cap.483.num.7.*Hondedeus *conſ. 23.num.25.volum.1.*Giurba *deciſ.24.nu.31. verſic.Sed quando poſſeſsio.*

372 Et etiam requiritur,quod actus appre hen-

hensionis non procedat immediatè ex actu nullo, sed ex naturali apprehẽsione, Tiraquel. *de constitut 3.part.limitat.7.num.24. pag.240.* Vincentio de Anna *allegat.1.num.27.& 31. & 32.* Giurba *decis.24.num.31. versic. Nam quando contractus est nullus.*

373 Ex quo satisfit oppositioni factæ à monasterio, in qua intendit ex actu ficto veram possessionem transferri, ex Thesaur. *decis 38. in principio*, & alijs Doctoribus citatis ab additione Ludouis. *decij 437.num.5.* quod omne cessat quando possessionis translatio est in Ecclesiæ præiudicium, & etiam quando actus, vel cõtractus est nullus, quia tunc omnes clausulæ ei adiectæ irritæ sunt, vt per Alexand. *in l. 1.§. Si vir vxori num.8.de adquirend. possess.* & cum pluribus Castagn. *in tractatu de beneficio deducto ne egeat quæst.1. fallent.1.num.40. vsque ad finem pag.11.* & etiam præcarium, & constitutum, & cæteræ clausulæ nihil operantur, vt per Alexand. & Castagn. *in locis citatis*, Scaccia *de re iudicata in respons. posito post tract. num.97. versic. Quia respondeo*, Tiraquel. *de constitut. part.3.limitat.7.num.16.* Barbosa *de clausulis clausul.31. num.30.31.& 32. in 2. editione.*

374 Et ex hoc etiam excluditur prætensio monasterij, dum intendit fundare, quòd fauore Ecclesiæ transfertur possessio, absque alio actu apprehensionis, *ex l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles.*

375 Primò, quia quando priuilegium certum esset, in Ecclesiæ præiudicium non poterat procedere, quæ frui hoc priuilegio debebat, iuxta vulgatam regulam, quòd priuilegiatus contra alium priuilegiatum, non vtitur suo priuilegio.

376 Secundò, quia hoc priuilegium certum non est: nam *lex finalis* loquitur in adquisitione dominij, & non possessionis, circa quã Ecclesia aliquo priuilegio non fruitur, & ideò necessaria est vera apprehensio, & realis traditio, *gloss.* Bald. & Doctores *in dict. l. fin. & in cap.2.de consuetud.* Abbas *in capit. Pastoralis de priuilegijs num.4. notab.4.* Maranta *de multiplici alienatione num.267.* Genuens. *quæst.141. num.2. versic Hoc tamen priuilegium*, Riccio *in addit. ad* Tiraquellum *de priuileg. pix causæ priuileg.101. versic. Hoc tamen priuilegium declaratur primò, pag.125.*

377 Tertiò, quia quasi possessio censuum, & regalium iurium non consistit in eo, quòd scripturæ illorum legantur, sed in effectiua exactione, Follerio *in pragmatic. de censibus, verbo huiusmodi num.101.* Seraphin. *decis.1276. num.1.* Cencio *de censibus part.2.c.2 quæst.5. artic.4.num 3.* vbi addit, quòd solutiones debent esse reales, & effectiuæ, ad hoc, vt censuarius dicatur esse in quasi possessione, & idem procedit in Ecclesiastica pensione, quia ad hoc, vt in quasi possessione sit pensionarius, requiritur bulla, & quòd illius virtute exigatur, Gratian. *tom.3. capit.427. num 14.15. & 16.* & in patronatibus, in quibus non ex eo quòd Patronus scripturas habeat, & titulos, erit in quasi possessione, si earum virtute non præsentent, Rota *decis.147. num.1. & decis. 167. in princip. part.2. diuersor.* Gratian. *tom. 2 capit.368.num.19.20 & 21.* Gonçalez *ad reg.8. gloss.18.num.85. & 86.*

378 Similiter in officijs ex solo titulo non adquiritur possessio, nisi sequatur actualis apprehensio, & exercitium, Rouit. *ad pragmatic. 5.de baronibus num.15.16.pag.65.*

379 Et ad adquirendam quasi possessionẽ seruitutum requiritur non solum titulus, sed quasi possessio, & vsus seruitutis, Rebuffus *in titulo de mater. poss. in præfatione num.153. cũ duobus sequentibus*, vbi hoc varijs exemplis confirmat Rebit. *ad pragmat.11.de feudis nu. 93.* & etiam requiritur scientia, & patientia aduersarij, *l.2. C. de seruit. & aqua*, vbi notatur, *l. quoties la 2. ff de seruit.* Bald. *in l.1. num. 7. in fine, C. de seruit. & in dict. l.2.num.10.* Menoch. *de arbitrarijs casu 160.* Petra *de fideicommiss. quæst.12.num.74. cum sequentibus*, Veral. *decis.35.num.3. versic. Ita etiam, & decis.152. & 420. part.2.* Rouit. *ad pragmat.1. de possess. non turb. num.26.* vbi addit, quòd in istis iuribus incorporalibus, non sufficit exercitium illorum, nisi cum illis concurrat scientia, & patientia aduersarij.

380 Denique contra prætensam possessionem obstant decreta visionis, & reuisionis Senatus, in quibus iubetur omnia bona sequestrari, & à Senatus receptore administrari, vnde possessionem amisit: nam quamuis regulariter sequestrum necessarium non priuet possessorem sua possessione, ex doctrina Bart. *in l.1. interesse puto, ff. de adquirenda possessione*, hoc limitatur quãdo sequestrum necessarium sit, quia est vitiosa possessio, Seraphin. *decision. 314.num.3.part.1.*

Et non obstat reseruatio decreti Regij Senatus, in quantum ad monasterij possessionem: nam cùm consistat in exactione regalium iurium, & hanc monasterium non fecerit, reseruatio nil potest operari, quamuis dicatur possedisse, vt per Cornazan. *decis.106.* vbi quòd reseruatio, nihil operatur contra decisa in sententia.

TERTIVM FVNDAMENTVM:

In quo probatur, quòd quamuis monasterium possessionem haberet, in ea manuteneri non deberet.

381 HOc probatur primò, quia quando ex prædictis aliqua possessio in monasterium translata esset, quod negatur, hæc non est manutenibilis, quia ab ea lis initium assumpsit, *gloss. in cap. commissa de electione lib.6.*

verbo, *Pacificam*, quam ad hoc notat Archidia con. ibi, *num.* 1. Socin. Senior *consil.* 76 *num.* 4. *lib.* 1. Decian. *consil.* 54. *num.* 28. & 29. *lib.* 4. Rota apud Ludouis. *decis.* 4. *num.* 2. & *ibi additio lit. A. & decis.* 596. *num* 4. vbi fuit dictum possessionem, à qua lis sumit originem, non esse manutenibilem, Cancer. *lib.* 3. *variarum cap.* 4. *num.* 95. & 96. vbi quòd si facio cir ca possessionem aliquem actum, eam propria authoritate capiendo, de quo aduersarius statim conqueſtus est talis possessio non est manutenibilis, Fontanel *de pact. nupt. tom.* 2. *claus ſul.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 10 *num.* 56. & 57. Ramon *conſil.* 56. *num.* 5. 6. & *ſequent. & conſil.* 58. *n.* 3. Postio *de manutentione obſeruat.* 17. *num* 44. *cum ſequent.* Rota *decis.* 273. *num.* 3. *tom.* 5. *in recent.* vbi quòd possessio manutenibilis est illa, quæ ante litem retinetur, Nouario *lib.* 2. *q. forenſ quæſt.* 47. vbi latè, quòd possessio debet esse quieta, & pacifica.

382 Secundo, quia cùm euidenter constet de nullitate donationis, & quòd habeat defectus apparentes, quando virtute illius monasterium quietè, & pacificè multo tempore possedissor, fructus percipiens, non poterat manutentio concedi in Ecclesiæ præiudicium, quę fundat de iure, Cassador. *decis.* 8. *num.* 2. *de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* Rota *decis.* 21. *num.* 3. & 6. *part.* 2. *diuerſorum*, Seraphin. *decis.* 1071. *nu.* 1. & *decis.* 1463. Gratian *tom.* 5. *cap.* 801. *nu.* 27. *verſic. Ita vt extante manifeſta poſſeſſione contra ius, & cap.* 870 *num.* 17. *verſic. Et paſſim quando reſiſtit ius commune, non datur manutentio.*

383 Idem latè resoluit Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 14. *num.* 54. vbi hanc materiam comprehendens dicit vulgatam conclusionem, quòd possessor debeat manuteneri litependente procedere, aut quando possessio est notoriè iusta, aut ad minus colorem, aut apparentiam iustificationis habet, vt possit in controuersiam deduci: sed quando notoriè possessio est iniusta, possessor non debet manuteneri, ad quod allegat Gaspar Rodrig. Cassanate, Sesse, & alios Doctores, & eandem conclusionem sequitur Bimius *consil.* 104. *num.* 24. *cum ſeqq. lib.* 2. & cum alijs Ramon *d. conſ* 56. *num.* 31. qui loquitur in terminis manutentionis.

384 Nec est sufficiens euasio afferere citatos Doctores ab Ecclesia supra num. 320. loqui in remedio adipiscenda possessione in quo admittuntur exceptiones prouenientes ex defectu proprietatis, vt si potuit defunctus testari, vel non, & quòd in hoc casu versamur in remedio retinendæ, vel recuperandæ, in quibus semper debet manuteneri possessor.

385 Nam satisfit, quòd quamuis sit verum, quòd Doctores citati loquantur in remedio adipiscendæ, tamen qui allegantur *dict. numero* 320. & 321. loquuntur in remedio retinendę summariſſimo, in quo quando est titulus nullus, non prodest possessio, vt possideatur litependente, nec vt restitutio concedatur. idem tradit Mascard. *volum.* 3. *concluſ.* 1332. *ſpoliatum non eſſe reſtituendum*, Pariſ. *de reſignat. lib.* 13. *quæſt.* 5. *num.* 173. Gratian. *tom.* 5. *cap.* 899. *num.* 21. & 22. Rouito *conſil.* 98. *num.* 9 & 10. *volum.* 2.

386 Et in iudicio summariſſimo interim Scaccia *de re iudicat. gloſ.* 14. *quæſt.* 19. *num.* 98. *pag.* 548. vbi resoluit, quòd si possessio intentantis, illud remedium est iniusta, vel vitiosa, & ius contradicentis iustum & clarum, manutentio debet negari.

387 Quòd idem resoluit Molin. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 55. vbi dicit, quòd remedium possessorium *l.* 45. *Tauri*, habet locum contra tertium possidentem titulo nullo, idem tradunt in simili, Veral. *decis.* 317. *part.* 3. Minsinger. *centur.* 4. *obſeruat.* 47. Rota *decis.* 82. *part.* 2. *diuerſorum*, Giurba *decis.* 22. *nu.* 17. & 18. Georgius *allegat.* 12. vbi loquitur in individuo in nostro casu: quando institutus ab eo, qui de bonis non potuit disponere, possessionem prę occupauit, quo casu manutentionem intentare non poterit in præiudicium illius, qui bona de iure intendit. Et facit in simili, quòd hæres scriptus in testamento debet mitti in possessionem hæreditatis, non obstante oppositione, & contradictione fideicommissarij exhibentis fideicommissum turbidum, Decian. *conſil.* 424. *proponitur in* 19. & 20. Riminald. Iunior *conſil.* 729 *ſub num.* 13. *volum.* 6. Peregrin. *art* 47. *num.* 71. Iacob. Cancer. *conſil.* 1. *num.* 33. *vſque ad* 41. quod habetur *poſt* 1 *tom. variarum in* 2. *editione*, Riminald. *conſil.* 79. *n.* 12. *vſque ad* 20. Leon *decis.* 24 *per totam præcipuè num.* 20. & 21. qui referunt fuisse pluries iudicatū in illis tribunalibus, hæredi scripto dandam esse hæreditatis possessionem, non obstante oppositione fideicommissi turbidi contra hæredem; quæ referuanda est ad petitorium, Marcius de Medicis *examinatione* 13. *num.* 60 & 100. *inter decis. Senenſ.* plura congerit Ciriac. *tom.* 1. *controuerſ* 11 *num.* 38. & 39. & *controuerſ* 12. *num.* 7. Rota apud Burat. *decis.* 388. & *decis.* 544. *num.* 1. & *decis.* 589. *num.* 1. & *ſequent. & decis* 596. *num.* 2. Atque ita in nostro casu, cùm oppositio monasterij, non solum sit turbida, sed omni fundamento destituta, non debet admitti contra claram Ecclesiæ præsumptionem pro obtinēda possessione spolij, & hæreditatis Episcopi.

388 Contra hoc opponitur, quòd ad hoc, vt hæc possessoria remedia denegentur, defectus tituli debet esse notorius, & patens, vel per rem iudicatam, vel per confessionem partis. Sed quod Doctores circa hoc dicunt, est exempli causa, & ita quando constat alio modo de non iure petentis, restitutio denegari debet, vt per Mascard *concluſ.* 1332 *ſpoliatum non eſſe reſt. tuendum*, *num.* 9. Scaccia *de re iudicat.*

cat. gloss. 14 quæst. 19. num. 107. 108. cum sequent.

389 Tertio ex alio capite manutentio monasterio debet denegari, quando possessionem habuisset, quia causa agitur in Supremo Senatv, in quo secundùm communem practicam numquam manutentio possessori, qui iustitiã in principali non fouet, conceditur, Vrsil. ad Afflict. decis. 364. ad finem, Fontanela de pactis nuptial. tom. 2. clausul. 7. part. 3 gloss. 10. num. 78. quod obseruauit Senatus in hac causa admittens omnes exceptiones, & replicationes allegatas concernentes petitorium.

390 Quarto, cum hoc concurrit clausula decreti irritantis reperta in Bulla Pij Quinti in verbis relatis num. 311. quæ manutentionem impedit, etiam quòd possessio sit diuturno vsu munita, cap. 2. de præbend. cap. si eo tempore de electione in 6. Puteus decis. 179. lib. 2. & decis. 180. num. 2. lib. 3. in 2. edit. vbi quòd decretum irritans inficit titulum, & possessionem, Rota decis. 189. num. 4. & decis. 99. & 122. part 2 diuersor Farinac. decis. 666. num. 2. part. 1. Veral. decis. 345. num. 2. part. 3. Valascus de iure emphyteut. quæst. 8. num. 26. versic. Si in Regno Castellæ, Boccacius in tractatu vti possidetis cap. 4. num. 2. 3. 4. Salgado de Regia protect. part. 3. cap. 10. num. 65.

391 Quinto, quando monasterium possessionem habeat, Ecclesiæ possessio anterior est, cùm habeat originem ab adquisitione bonorum, vt supra, & ita obtinere debet Ecclesia, cap. licèt causam de probat. Couarru. in practic. cap. 17. versic. Duodecima, Surdus cons. 28. n. 24. Thoro in compend. part. 2. versic. Possessor antiquus, & versic. Possessor iuris num. 3.

392 Sexto, quia quando Ecclesiæ possessio anterior non fuisset, & clarior, solùm sufficiet vt denegetur monasterio remedium intentatum, quòd sit sua possessio obscura, occulta, vel clandestina, Abbas in cap. licèt causam de probation num. 36. Gratian. tom 3. cap. 402. n. 14 & cap. 450. num. 41. vers. Vltimò ex supradictis, Gonçalez ad reg. 8. Cancellariæ glos. 45. part. 2. n. 38. & 39. Ramon cons. 56. n. 6.

393 Septimo, quia virtute schedulæ, in qua monasterium insistit, nunquam potuit possessionem habere exigendi credita, siquidem Thesaurarij non poterant soluere virtute illius, cùm mandatum in publica forma requiratur, quod ita docet practica, & Baldus in l. falsus, C. de furtis num. 27. quæst. 4. in fine, vers. Vtrùm autem mandatum, Alexand. in l. 1. in fine, C. de procurat. num. 16. versic. Limita tamen, & ibi Iason num. 9. versic. Limita communem sententiam, Gratian. tom. 3 cap. 505. n. 41. Golinus de procur. part. 2. capit. 5. num. 216. ad fin. vbi quòd debitor non tenetur soluere virtute mandati testibus probati, Cancer. lib. 2. variarum capit. 14. num. 192. in 2. edit. vbi eandem conclusionem probat.

394 Quod etiam procedit in œconomo Ecclesiæ, Bertazol. de clausulis clausul. 5 gloss. 4 num. 2 Gratian. dict. cap. 505. n. 43. & 44.

395 Octauo, nam possessionis manutentio, quam petit monasterium, est extra limites possessionis, contra decis. Ludouis. 369. num. 3. nam quod magis probatio à monasterio facta concludit, est, Episcopum instrumenta ei tradidisse, & cùm virtute illorum non sit in possessione exigendi credita, vult quòd prætensa possessio sua extendatur ad id, quod nũquam habuit, contra naturam iudicij retinendæ, §. Retinendæ institut. de interdict.

396 Denique huic articulo finem impono cum resolutione Sarmient. lib. 2. selectarum cap. 13. num 5. & 6. qui resoluit mala fide procedere, qui in petitorio iustitiam non fouet, si insistat in possessorio, quæ resolutio meliùs accommodatur vtrique parti litiganti, cùm sint communitates Ecclesiasticæ.

397 Ex quibus concludimus ad fauorem Ecclesiæ de Guadalaxara esse pronuntiandũ, prout fuit pronuntiatum in Supremo Consilio Indiarum, cum adiunctis Supremi Regij Senatus Castellæ, confirmando visionis sententiam ad fauorem Ecclesiæ prolatam, qua decretum erat Ecclesiam immittendam in possessionem omnium bonorum spolij Episcopi.

Et etiam ex deductis in hoc vltimo articulo pronuntiatum fuit, ab istis Dominis iudicibus super petitorio, absoluendo Ecclesiam à petitione monasterij.

Post hanc causam decisam prodijt in lucem praxis Collectoriæ Apostolicæ Hispaniç edita à Ludouico Valle, in qua plures quæstiones ex disputatis in hac allegatione enucleat, & signanter part. 1. quæst. 9. resoluit donationes Prælatorum, quæ in vita non fuerunt effectuatæ, nullius valoris esse, quæ addi potest resolutis num. 259. & sequentibus. Sed in quantum dictus author eadem part. 1. capit. 5. per totam præcipuè num 9 huius spolij mentionem faciens, dicit ad Cameram Apostolicam pertinuisse, & ideò Fratres Benedictinos Pincianos, cum Camera Apostolica transegisse, non percepit totam negotij seriem: nam verum est, quòd religiosi credentes virtute schedulæ donationis spolium ad monasteriũ pertinere, & Ecclesiam hanc litem, nec moturam, nec prosequuturam, certam compositionem inierunt, vt Camera monasterium nõ inquietaret: sed litè prosequuta oleum, & operam perdiderunt.

398 Postquam allegatio hæc iam erat typis præparata, venit ad manus tomo 2. de Iure Indiarum, in quo Eruditissimus eius Author D. D. Ioannes de Solorçano, & Pereira Militiæ Diui Iacobi Eques in Supremo Indiarum Consilio Meritissimus Senator, libro 3. per plura capita aliquas ex agitatis in allega-

tione hac quæstiones proposuit,& solita eruditione,solidaque doctrina enucleauit,& præcipuè *cap.10.ex num.37.pag.724.* huius litis peculiarem mentionem fecit, me (quamuis suppresso nomine) celebrioris Hispaniæ aduocati titulo condecoraus.

SVMMARIVM Allegationis XXVII.

1 *Diuisio allegationis proponitur vsque ad n.4.*
5 *Confessio in instrumento emanata ad fauorem tertij absentis,nihil pro eo probat,& n 6*
7 *Nec onus census probatur ex confessione venditoris,cum onere census vendentis.*
8 *Bart.doctrina in l. admonendi num.32.ff. de iureiurand exornatur,& num 9.*
10 *Instrumentum solùm probabit inter eos, qui rogauerunt notarium.*
11 *Confessio in instrumento emanata est extraiudicialis,& ideò plenè non probat.*
12 *Obligatio ex confessione resultans sumit initium à persona,cum qua contrahitur.*
13 *Instrumentum nullam probationem facit, nisi inter eos,qui notarium rogauerunt.*
Confessio in vno iudicio facta,non nocet cõfitenti in alio iudicio inter diuersas personas.
14 *L.desiderium,C.depositi explicatur.*
15 *Confessio extraiudicialis fauore piæ causæ aliquid plus probat,quàm faucre priuati,sed non plenè.*
16. *Cap. fin de succes. ab intestato explicatur.*
17 *Confessionem extraiudicialem fauore Ecclesiæ absentis probare,nullo iure cauetur,& num.18.*
19 *Donatio facta alicui,& post eius mortem Ecclesiæ potest ante acceptationem Ecclesiæ,reuocari.*
Bart in l.qui Romæ, §. Flauius,ff. de verborum obligat.num.1.explicatur,& num. 20 & 21.
22 *Sententia contra partem prolata reprobat instrumenta,& probationes illius.*
Capit. suborta de re iudicat.explicatur,& num.23.
24 *Confessio partis,contra quam fuit pronuntiatum,ei non præiudicat.*
25 *Reprobato instrumento,omnes clausulæ illius reprobatæ remanent,& num.26.*
27 *Confessio facta in contractu nullo non probat, nisi alia extrinseca probatione verificetur,& num 28.*
29 *Confessio extraiudicialis duobus testibus debet probari,vsque ad num.31.*
32 *Prælati confessio non præiudicat Ecclesiæ.*
33 *Nisi de veritate confessionis aliunde constet.*
34 *Adminicula coadiuuantia confessionem Prælati,ad fauorem Ecclesiæ,& alterius personæ suspectæ quæ sint.*
Alexand.consil.18.lib.3. perpenditur, vsque ad num 36.
37 *Verba rei iudicatæ,de cuius executione agitur,referuntur,& num.38.*
39 *Dictiones* prout,secundum,iuxta,*sunt conditionalia,& limitatiua,& num 44.*
40 *Sententia condemnans ad soluendum vnum par caponum,prout antecessores soluerunt est liquida,& potest exequi absque verificatione solutionis antecessoris.*
Bart.in l.eum qui,§. Iulianus el 2. ff.de constit. pecunia explicatur.
41 *Sententia condemnans ad soluendum, prout antecessores soluerunt, non designata re,aut quantitate,nihil probat, nec potest exequi, non constito de quantitate soluta.*
Bolognet.in l.edita,C.de edend. num.142. expenditur.
42 *Confessio prout in tali instrumento continetur,nihil præiudicat,non constito de contentis in instrumento.*
Sententia condemnans ad soluendum, quod in actis continetur,nihil disponit.
Paulus Castrensis consil.17. in causa decimali in principio,& in fine lib.2. ponderatur.
43 *Concessio Principis dicentis:* Concedo tibi quidquid iuris habeo in tali castro, *nihil prodest,non constito de iure Principis.*
44 Dictio Prout *in sententijs,& alijs dispositionibus,si refertur ad aliquid de præterito,de quo non constat,stat conditionaliter,& limitatiuè,& sententia nihil operatur,non constito de illo præterito.*
Alexand.cons 46.n.9.lib.1.enucleatur.
45 *Sententia,seu dispositio aliam referens,limitatur ad terminos dispositionis relatæ.*
Decius in l.edita num.36.C.de edendo perpenditur,& consil.63.num.6.
46 *Rota decis.40. part.2. diuersorum explicatur,& exornatur.*
47 *Sententia se referens ad statutum, quod est nullum,nulla est.*
48 *Res iudicata non obstat super non prosequutis.*
Gloss.in l.si quis ad exhibendum,ff.de excepti.rei iudicatæ explicatur,& n.49.
Ambiguitas sententiæ recipit declarationem ex actis.
Sententia aliquid per modum causæ determinans, non operatur rem iudicatam, nisi super deductis per modum causæ adsit expressa petitio, plena causæ cognitio,& prosequutio.
50 *Sequestrum bonorum faciendum esse,stat in arbitrio iudicis.*
51 *Sententiam prolatam fuisse ex causa leuiori, & minùs præiudiciali præsumendum est.*
52 *Sententiæ verba debent intelligi eo modo,quo condemnatus minus damnum patiatur.*
55 *Sententia exequi non potest,si certam condemnationem non contineat,& excessus notorius committitur.*
Res iudicata non prodest ei, qui in iudicio

non

non interuenit, & num. 56.

57 *L. in minorum, C. in quibus in integrum restitutio, expenditur, & num. 58.*

59 *Omissio condemnationis ad solutionem interesse, operatur absolutionem.*
Innocent. in cap. grauis de restitut. spoliatorum expenditur.

60 *Interesse debitum ex dispositione legali propter moram petitur, & debetur officio iudicis, & non iure actionis, vsque ad n. 63.*

64 *Debitor non habens creditorem, cui soluat, moram non incurrit.*

65 *Et ideò interesse non debet.*
L. in minorum, C. in quibus causis restitutio, perpenditur.

66 *Interesse non debet impotens ad soluendum propter egestatem.*

67 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, non vtitur suo priuilegio.*

68 *L. in minorum non procedit contra minorem ad fauorem minoris.*

69 *Minor contra moram commissam restituitur in terminis, l. in minorum.*

70 *Vsuræ legatorum debentur, quando legatum est in specie, non in quantitate.*

71 *Fructuum restitutionem impedit bona fide, & qualisqualis occasio possidendi, & sufficit quòd absit mala fides.*

ALLEGATIO XXVII.

PRO

Eadem Ecclesia de Guadalaxara.

CONTRA

Prædictum Monasterium Sancti Benedicti ciuitatis Vallisoletanæ, cuius ius coadiuuat D. Fiscalis Supremi Castellæ Senatus.

EPITOME ALLEGATIONIS.

I Confessio facta inter contrahentes ad fauorem tertij absentis, illi non prodest.

II Confessio Prælati quando præiudicet Ecclesiæ.

III Sententiæ strictè debet interpretari, & non comprehendit condemnationem circa ea, quæ expresse non leguntur.

IV Sentẽtia, quæ se refert ad instrumentum, limitatur iuxta illud.

V L. in minorum, C. in quibus causis, latè explicatur.

VI Impotens ad soluẽdum ob egestatem, non debet interesse incursum propter moram.

VII Sententia omittens condemnationem reddituum, & interesse, ab eis censetur absoluere.

1 PRæcedenti quæstioni, & causæ accedit, & ista, quæ circa fundationem capellaniarum inter easdem partes versatur: in qua intendit Ecclesia, vt emendetur Senatus decretum pronuntiatum die 9. Octobris anni 634. in quo iubetur, vt ex spolio, & bonis dicti Episcopi D. Fr. Ioannis del Valle tres capellaniæ instituantur. Prima pro Licentiato Contreras quondam dictæ Ecclesiæ Canonico in quantitate 33ℓ 122. regal. Secunda pro Antonio de Zeuallos in quãtitate 33ℓ. regal. Tertia pro Bayõ Mercatore, qui in dicto Regno decessit, in quantitate 24ℓ regal. & quòd hæ quantitates ad prædictum effectum deducantur ex promptioribus spolij bonis, si nulli illius redditus, seu effectus in Receptoris potestate existant, & quòd ex dictis quantitatibus soluantur reditus à die mortis Episcopi, vsque ad realem restitutionem.

3 Et facto præsuppositio, tres proponũtur articuli. Primus, quòd Episcopus dictarũ quãtitatum debitor non fuit, nec in contrarium aliquid probatur ex schedula, in qua monasterium fundatur.

4 Secundus, quòd ex sententijs Senatus nulla potest percipi condemnatio cõtra Episcopi bona, ad hoc, vt ex eis hæ capellaniæ debeant institui, sed solùm ad hoc, vt quantitas necessaria deponatur ad earum erectionem faciendam, quando à parte legitima petatur.

Tertius, quòd condemnatio reddituum, & interesse à die mortis Episcopi, vsque ad realem restitutionem debet reformari.

ARTICVLVS PRIMVS.

5 DVo casus in hac controuersia possunt cõsiderari. Primus est, si de donatione facta ab Episcopo cõstaret per scripturã publicã, & in ea fateretur se esse debitorẽ quantitatum, ex quibus capellaniæ instituendæ sunt.

6 Et quidẽ in hoc casu iuridica prætensio esset, verba schedulæ in capellaniarũ fauorem nõ probare, ex eo quòd in cõtractu non interuenerunt interesse habẽtes: & quia principaliter in eorũ fauorem nõ fuit facta donatio, sed monasterij, licèt in ea Episcopus capellaniarũ creditũ agnoscat, quod in terminis tradit Felin. *in c. inter monasteriũ n. 3. de re iudic.* vbi dicit, quòd si vẽditur res saluo iure Ecclesiæ, cuius est proprietas, nõ ex hoc probauit Ecclesiæ dominiũ, nec remanet præiudicatur emptor, aliter non constito de dominio Ecclesiæ, quia

cum Eccleſia non fuit contractus celebratus, Alexand. *conſil. 28. num. 5. verſic. Et ideò dicit Iacob. de Aretio lib. 1.* vbi dicit, quòd ſi in venditione ius colono reſeruatur, ad quem dimidia fructuum pars pertinet, ex hoc nullum ius colono quæritur, non conſtito de ſuo iure, Craueta *conſil. 15. factum, & conſil. 29. num. 1. & conſil. 113. in 2. dubio*, vbi quòd ſi pars aduerſa conſentiat reſeruationi, ille conſenſus nihil obeſt, nec plus iuris adquiritur illi, cui facta fuit reſeruatio, idem Craueta *conſil 127. num 7. & conſil. 144. num. 15.* optimè Mancinus *de effectibus iuramenti part. 4. effectu 110. num 7.* ibi: *Quòd ſi mihi vendas talem vineam, ſaluo iure Epiſcopatus, cuius eſt proprietas, à quo petere debeam inueſtituram, ſi illam non peto, & Epiſcopus prætendat deuolutionem, & ego negem proprietatem, an Epiſcopus eam probet ex mea huiuſmodi aſſertione iurata? Et pro negatiua poſt alios reſoluit Deciánus conſil. 35. num. 28. lib. 3.* Riminald Senior *conſil 93. num. 26. lib. 1.* Aymon *conſ 157. num. 7* Purpurat. *conſil. 6. num. 24. vbi de communi lib. 1.*

7 Et in venditione alicuius rei cum cenſus onere, quòd ex hoc cenſus non probetur, Giurba *deciſ. 62. num. 29* Hodierna ad Surd. *deciſ. 10. per totam à principio, & num. 3. cum ſequentib.* vbi quòd ex aſſertione domini rem eſſe emphyteuticam, non probatur emphyteuſis, & rurſus *in additione ad deciſ. 32. ex nu. 4* vbi contra Authorem ibi pluribus relatis reſoluit ementem, cum onere cenſus ex hac cõfeſſione, & recognitione conueniri non poſſe pro cenſus ſolutione.

8 Qui omnes Authores in propoſitis quæſtionibus Bartoli *doctrinam allegarunt in l. admonendi de iureiurando n. 32.* qui dicit, quòd ſi in diuiſionis inſtrumento inter duos fratres confecto, vni iniungitur quòd ſoluat Sempronio centum, quia ea mutuauit, ex hoc nulla actio adquiretur ad fauorem Sempronij, quia in inſtrumento non interuenit, & reſpectu illius eſt quædam extraiudiciales confeſſio, *iuxta legem final ff de interrogat actionem. & leg. certum, § Si quis abſenti, ff de confeſſis*, quæ doctrina communiter eſt recepta, vt per Ripam *in dict l. admonendi num. 154* Iaſon *num. 158.* Decius *conſil. 407 num. 4 & 5.* Tiraquellus *in l. ſi vnquam, C de reuocandis, verbo donatione largitus num. 103 cum duobus ſequentibus*, Gaito *de credito capit. 2. tit. 3 num. 237. & ſequentib. pagina mihi 16.* vbi latè probat confeſſionem in inſtrumento factam ad fauorem abſentis, nihil pro eo probare, quia nihil cum eo geſtum eſt. Rota per Farinac. *deciſ 607. num. 4. part 1. in recentior.* Iacob. Cancer. *tom. 1. cap. 11. num. 26. 27 & 28. in 2. editione (quem allegat 11. num. 17. citaui tom. 2. cap. 11. num. 30.* ſed per errorem, cum non ſit, niſi *in 1. part. dict cap 11. num. 26. vſque ad 28) & tomo 3. cap. 1. num. 29. & 30. & cap. 7. num. 259. & ſequent* Franciſcus Niger Ciriacus *tom. 1. controuerſ. cap. 91. num. 7. & 8 & dixi allegat. 11. num. 17.*

9 Tria huius concluſionis fundamenta refert Gaito *d. c 2. tit. 3. ex n. 241. pag. 17.*

10 Primum, quia inſtrumentum ſolummodo probat inter eos, qui Notarium rogauerunt, eo quòd non dicitur inſtrumentum id de quo partes non rogauerunt.

11 Secundum, nam ſummum quod habet confeſſio in inſtrumento facta in fauorem tertij qui non interuenit, eſt quòd ſit extraiudicialis, quæ non probat *ex l. fin de interrogat. action* & tradit Gaito *vbi ſupra num. 242.*

12 Tertium, quia nullo iure reperitur cautum valere confeſſionem parte non acceptãte, eo quia regula iuris tritiſſima eſt, quòd omnis obligatio debeat ſumere initium à perſona, cum qua contrahitur, ad notata *in l. quæcumque gerimus de obligat. & action.* & hoc procedit etiam de iure canonico, Gaito vbi proximè *num. 243 & 244.*

13 Pro quarto fundamento poteſt Iaſonis, & aliorum reſolutio deſeruire, quam refert Mancinus *de confeſſ. cap. 1. num. 51. & 52.* vbi quòd nulla ſcriptura extra iudicium facta probat, niſi inter illos, qui eam celebrarunt, vel fieri mandarunt, Ciriac. *controuerſ. 10. nu. 16.* & ante eos Couarru. *in practic. quæſt. 20. num 9* quod coadiuuatur ex traditis per Farinac. *in praxi tom. 3. quæſt. 81 num 103. pag 13.* vbi quod confeſſio iudicialis facta in vno iudicio, non præiudicat confitenti in alio inter diuerſas perſonas, quod ſequitur Graſis *de exception. except. 14. num 90. & dixi allegat. 11. num. 20.* quæ poſſunt adiuuari ex D Valenç. *conſil. 168 per totum*, vbi probat inſtrumentum non prodeſſe tertio, cum quo non fuit contractum.

14 Authores contrariam Bartolo opinionem probantes fundantur *in l. deſiderium, C. depoſiti*, ex qua communiter probatur, quòd depoſiti confeſſio facta inter alios prodeſt abſenti, & facilem reſponſionem habet, quòd in depoſito priuilegiato loquitur, vt verba enuntiatiua illius, & in fauorem abſentis probent, *ex l. Publia, §. fin. ff. depoſiti, l. cum de indebito, ff de probatio.* & ita reſpondet Gaito *dict cap. 2. tit. 3. ex num. 245. & num. 248.* alias ſitiam adducit reſponſiones.

15 Nec limitatur hæc reſolutio fauore Eccleſiæ, vel piæ cauſæ (vt dicit monaſterij) quia hoc nullo iure cauetur, vt agnoſcit Tiraquel. *de priuilegio piæ cauſæ priuilegio 112.* qui allegans textus, qui ad hoc ſolent adduci, dicit quòd confeſſio extraiudicialis fauore piæ cauſæ aliquid plus probat, quàm fauore priuati, ſed non quòd plenam probationem faciat.

16 Et *caput final. de ſucceſſione ab inteſtato*, quòd in Eccleſiæ fauorem ponderari ſolet, etiam

etiam non adaptatur, imò potiùs probat extraiudicialem confessionem præsente parte, etiam fauore Ecclesiæ, plenè non facere probationem, vt patet ibi: *Quia tamen alij testes dixerunt se audiuisse ipsum in Abbatis præsentia, quod prædictum est confitentem, non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer adminiculantes, assertionem Abbatis plurimùm adiuuant.* Et vt huic textui satisfaciant (qui contrariari videtur cum communi resolutione asserentium extraiudicialem confessionē præsente parte plenè probare) DD. plurimum insudarunt, & Abbas ibi *n.* 17 dicit, quòd ratio, ob quam confessio præsente parte illic non probauit, fuit, quia confessio non fuit facta principaliter fauore Ecclesiæ, Prælato præsente, sed ad aliud, sequitur Mascard. *de probat. cõclus.* 346. *confessionem extraiudicialem nu.* 17. *& conclus.* 383. *confessionem incidenter factam vel.* 1. Mancin. *de confessione c.* 2. *n.* 82.

17 Et vtcumque sit, nullo iure cauetur, quòd Ecclesia, & causa pia priuilegium habeant, vt in absentia ius aliquod irreuocabile eis adquiratur, vt plenè probat Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *disput.* 6. *num.* 16. *versic. Cæterùm contrarium*, Gutierrez *in capit quamuis pactum in princip. n.* 55. *& conf.* 20. *n.* 1. *& de matrim. c.* 6 *n.* 6 Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 8. *n.* 37. *in* 2. *edit.* Hermosil. *ad l.* 4. *tit.* 4. *part.* 5 *super glos.* 1. *num.* 28. D. Valençuela *conf.* 119. *n.* 10. *& 11. & rursus conf.* 168. *n.* 17. *lib.* 2. *& dixi allegat.* 14. *nu.* 60. *& 61. pag.* 202.

18 Et eandem conclusionem probant Felin. & cæteri Doctores citati *suprà numer.* 6. quatenus fauor Ecclesiæ non fecit illos deuiare ab illa resolutione negante ius adquiri Ecclesiæ absenti ex instrumento inter alios celebrato.

19 Quod idem Probat Bart. *in l. quidam, §. Flauius num* 1 *ff. de verbor. obligat.* qui resoluit, quòd si in donatione facta alicui post eius mortem Ecclesia, seu alius tertius substituatur, potest donator substitutionem reuocare, & donationem factam Ecclesiæ ante acceptationem: quia in hoc nullo priuilegio vtitur Ecclesia, & sic Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 74. *vers. In primo casu*, & ibi *addit.* Castill. *tom.* 4 *cap.* 5. *num.* 21. *& 22. & seqq.* & alij plures Doctores Bartolum sequentes, constanter hãc defendunt opinionem, quòd Ecclesia nullo modo inueniatur priuilegiata, vt illi absenti ius quæratur.

20 Sed hæ resolutiones sunt in difficiliori casu, quia loquuntur quando principaliter fit donatio Ecclesiæ, vel cum ea contrahitur.

21 At verò in nostro casu donatio, vt intenditur, facta fuit Monasterio sancti Benedicti, & in ea fuit incidenter actum de capellanijs, fatente Episcopo eas fundare debere: & sic absque dubio quando scriptura publica fuisset, & per rem iudicatam canonicata, Monasterium conuenire non poterat Ecclesiam ad earum institutionem.

22 Secundus casus est, de quo in hac lite controuertitur, in qua Senatus schedulam reprobauit ei in nihilo deferens, siquidem Monasterio possessionem negauit, & in eam Ecclesiam de Guadalaxara immisit.

23 Ex quo fuit reprobata asserta confessio in donatione contenta circa capellaniarum fundationem, iuxta regulam *cap. suborta de re iudic.* quod loquitur propriè de instrumentorum reprobatione, ibi: *Nil mirum, si præfati Innocentij priuilegium Alexandro fuit in iudicio præsentatum, & ipse tulit sententiam contra illud, intelligitur reprobasse*, & ibi *glos. verb. reprobasse*, addit non solùm reprobari scripturas, sed etiam testes, contra quorum depositionē sententia fuit lata: sequitur ibi Ancharran *nu.* 5. Felinus *num.* 14. Abbas *in cap. vltim. de iuramento calumniæ num.* 24. *ad finem*, & cum alijs pluribus Paz *de tenuta cap.* 32. *num.* 28. *& sequentibus.*

24 Et idem procedit in confessione partis, nam etiam remanet reprobata per pronuntiationem sententiæ contra eam, Innocentius *in cap. mulieri de iure iurando*, Alexand. *in l.* 2. *C. de edendo num.* 27. Veral. *decis.* 197. *part.* 1. Thusc. *tom.* 6. *liter. P. conclus.* 872. *numero* 26. Trentacinq *lib.* 2. *var tit de probationibus resolut.* 1. *num.* 29. Rota apud Farinac. *decis.* 270. *num.* 1. *part.* 2. *in recentioribus*, Monetta *in tract. de iudice conseruat. cap.* 7. *num.* 191. Mancinus *de confessione cap.* 1. *num.* 37. *& cap.* 7. *num* 24. Surdus *cons.* 135. *ex n.* 128 vbi addit probationes emanatas ex partium confessionibus, remanere etiam reprobatas.

25 Nec obstat, si contra hoc primò replicetur, reprobationem dictæ schedulæ solùm fuisse in quantum ad Monasterij vtilitatem, cuius respectu quatuor testes super ea deponentes vti Religiosi idonei non fuerunt: sed tamen vtilem esse debere in quantum ad capellanias, cùm de Monasterij vtilitate non agatur.

26 Nam primò satisfit, quia annullato cõtractu irritæ manent omnes clausulæ in eo insertæ, tanquam contractui accessoriæ, vt tradit Bald *in l. si absentis, C. si certum petatur, per l. fin. ff. de constitut. pecuniar.* vbi probatur, quòd cõtractu principali declarato nullo, clausula guarentigia in eo contenta etiam dicitur nulla, *glossa singularis in l.* 3. *§. Patronum in verbo Fabiana ff. si quid in fraudem Patroni*, Alexand. *in l.* 1. *§. si vir vxori num.* 8. *de adquirenda possessione*, Tiraquel. *de constitut.* 3. *part. limitat.* 7. *n.* 28. *& 29. & seqq.*

27 Et in confessione, quòd facta in contractu nullo nihil probet, Lãberteng. *de contract. eorum glos.* 1. *num.* 82. *& 83. pag.* 24. Matta *vot.* 188. *num.* 8.

28 Et quamuis aliqui Doctores asserant con-

contractum, vel confessionem factam in cõtractu nullo, vel instrumento probare, debet intelligi, dummodò contractus, vel confessio probetur alia extrinseca probatione, & non ex ipso instrumento nullo, Marescot. *lib.1. variar.c.46.nu.14.* Graf. *de exceptionibus except. 29.n.19.& 20.* Gaito *de credit. cap.2.tit.8.n. 2782.pag.171.*

29 Et si attendatur probatio facta à Monasterio, ex ea infertur, quòd Regium Consilium, non solùm ex eo quòd testes in schedula contenti erant Religiosi, non ei detulit, vt asseritur: sed etiam ex eo quòd tam contra eos, quàm contra alios testes à Monasterio productos, plures defectus & exceptiones fuerunt ab Ecclesiâ propositæ, & probatæ, vt patet ex dictis *in allegat. præcedent. ex n 91.*

30 Et ex responsionibus ibi datis colligitur, quòd ex adminiculis, & depositione Monachorum non resultat plena probatio confessionis extraiudicialis Episcopi super debito capellaniarum, & piorum operum.

31 Primò, nam vt quælibet extraiudicialis confessio probetur, necessarij sunt duo testes concludentes, vt per Afflict. *decis.364.nu.4.* Farinac. *in praxi tom.3.quæst.82.num.44.* & testes contestes in eodem loco & tempore esse debent, Farinac. vbi supr. *num.45.* Mancin. *de confessione cap.2. num.54.* Guacin. *de defensione reor. defension 32.capit.24.num.13.* & plura alia contra probationem prædictæ confessionis dicta sunt *in præcedent. allegation. ex numero 82.*

32 Cum quibus concurrit, quòd Ecclesia suum ius habet fundatum in spolio, & ita est decisum, & vt in eius præiudicium operetur schedula, necessarium est debitum probari verè, & ex hoc est conclusio textualis, quòd Prælati confessio non præiudicet Ecclesiæ, *capit. præsentium de testibus*, Rota per Farinac. *decis. 359.num.2.tom.1.in posthumis*, Mancino *de confessione cap.9.art.1.n.1.pag.205.*

33 Et vt confessio Prælati præiudicet Ecclesiæ, necessarium est, quòd de veritate aliunde constet, quàm ex ipsa confessione, Afflict. *decis.168.* & ibi Vrsillus *in additione*, Mancino *d.cap.1.num.1.*

34 Contra hoc opponitur, quòd existentibus adminiculis confessio Prælati Ecclesiæ præiudicat. Sed satisfit, nam hæc adminicula non sufficiunt, cùm omnia à Monasterio põderata (quibus est satisfactum) dirigantur solùm ad hoc, vt probent hoc debitum Episcopum declarasse, & prædictam schedulam comprobasse, in quibus debiti confessio consistit, sed nullum adminiculum, vel coniectura reperitur, vel ponderatur in quantum ad cõfessionis veritatem: nec probatum est Episcopũ illas summas ad constructionem capellaniarũ recepisse, & sic sumus extra limitationẽ, vt patet ex Alex. *cons.18.lib.3.* qui communiter allegari solet ad probandum patris confessionẽ factam in filij spurij fauorem (quando alicuius quantitatis ei est debitor) probare, si adminiculata sit: & adminicula, quæ ponderat *dict. num.8.* sunt quòd filius erat officialis, & quòd quando in domo patris erat, multum lucratus fuerat, & quòd similiter, quãdo ad eã reuersus fuit, plurima mobilia bona secũ adduxit, & plura prædia emit, ex quorum fructibus 200. libras adquisierat, de quo erant etiam duo testes de visu, & ex his coniecturis motus fuit Alex. ad decidendum in fauorem confessionis patris, & illum sequuti fuerunt Seraphin. *de priuileg. iuramenti priuileg.93.num.12.* Baldus *in authentica hocius porrectum num.23. versiculo, Quæro vtrum in dubio, C. de Sacrosanct. Eccles.* vbi ad hoc vt Prælati confessio præiudicet Ecclesiæ, ponderat pro adminiculo, quòd cũ sit confessio super mutuo recepto ad vestimẽta, & alimenta Monachorum, constet Monasterium non habuisse aliunde, ex quo alimenta, nec vestimenta perciperet.

35 Confert etiam traditio Guillermi Benedicti *in cap. Rainuntius de testamentis verb. & vxorem nomine Adelasiam num.444.* vbi satis in proposito probat venditionem factam ab eo, qui declarauit rem esse censualem, nullum afferre emptori præiudicium, nisi confessio vẽditoris sit adminiculata, & pro sufficienti adminiculo habet, quòd probetur venditorem, dum rem possidebat, pensionem soluisse.

36 Quæ omnia deficiunt in dictis adminiculis, & sic vndique constat, creditum capellaniarum nullo probationis fundamento fulciri.

ARTICVLVS II.

37 ARticulus, qui nunc determinari debet, est super exequutione rei iudicatæ.

38 Et Ecclesia prætendit, quòd iuxta eam spolium condemnatum non est ad fundationem harum capellaniarum. Primò, nam in dictis sententijs, quoad capellanias, hæc verba proferuntur: *Y quedando essa misma en deposito la cantidad que montaren los bienes, de que deuia fundar y cumplir el dicho Obispo las memorias, y cargas contenidas en este pleito, para que el Consejo las mande cumplir en la forma, y de la manera que el dicho Obispo deuia hazer.*

39 Ex quibus colligitur, nullam fuisse cõdemnationem decisiuam, nec dispositiuam dictæ fundationis, nam verba sunt relatiua & conditionalia, vt Senatus faciat fundationem, prout debebat Episcopus facere, & ita verificari debet Episcopi obligatio antequàm exequatur sententia, & quid debebat expendere in fundatione: nam hæc verba & dictiones, *Prout, secundum, iuxta*, sunt conditionalia, & restrictiua, & nihil disponunt, nisi verificata qua-

qualitate, obligatione, aut dispositione, *glos. in l. edita, C. de edendo, verbo, Prout*, vbi id notat Bartol. quòd ista dictio *Prout* ponitur ibi limitatè, Decius ibi *num. 84. ad finem*, addens hoc bene procedere in illo casu, quia refert se ad illud, quod est de præterito, quod apparet, & de quo constat, sequitur Barbos. latè exornans *in tractat. de dictionibus dictione 296. numero 4.*

40 Quòd confirmatur ex doctrina Bartol. & declaratione ipsius *in l. eum qui, §. Iulianus el 2. ff de constitut. pecunia*, qui dicit, quòd sententia, in qua vnus condemnatus reperitur ad soluendum vnum par caponum quolibet anno prout sui antecessores soluebant, operatur condemnationem puram & liquidam: nam sententia continet dispositionem certam, & verbum, *Prout* existit causaliter: & vt sententia exequatur, necessarium non est, quòd cõstet de solutione facta ab antecessoribus: nam ex condemnatione solutionis rei certæ constat iudicem voluisse disponere & determinare antecessores talem rem soluisse, & hanc rationem assignat Decius *in d. l. edita, C de edendo nu. 86.* & ibi Bolognet. *num. 142.* Boer. *decis. 16. n. 1. & per tot.* Parlador. *lib. 2. rer. quotidian c. fin. 1. p. §. 12. n. 39.*

41 Sed quando sententia non decidit quãtitatem, tempus, nec rem certam, sed est merè relatiua asserens *condemno te ad soluendum, vel faciendum aliquid prout antecessores tui soluebant, vel debebant soluere, vel facere*, tunc sententia hæc condemnationem non continet, & necessum est, quòd verificetur quid antecessores tenebantur facere, vel soluere, vt probatur *in cap.* Abbate 25. *§. præterea de verbor. significat.* Bolognet. *in d. l. edita, C. de edendo nu. 142.* ibi: *Quid tamen debet dici quando condemnatio est certa de solutione fienda, tam respectu temporis, quia quolibet anno, vel mense soluatur, quàm respectu aliarum qualitatum? Sed si dispositio esset imperfecta, vt quia non expressisset quolibet anno, vel mense, vel alias qualitates necessarias, & tunc necessario staret limitatiuè: etsi non appareret, quid antecessores soluissent, remaneret sententia imperfecta, argumento authent. siquis in aliquo, C. de edendo*, & sic nostra executoria solùm voluit has capellanias erigi casu quo Episcopus eas fundare debuisset, & quatenus eas fundare tenebatur, & non aliter, nec alio modo, quod etiam declarat Barbosa *dict. 296. n. 11. pag 318.*

42 Secundò, nam motiua quæ habuit dicta executoria, ad hoc vt instituerentur capellaniæ, vti Episcopus debebat, fuerunt quæ cõstant ex actis causæ. & quatenus ex eis apparet: & ita schedulæ nulla alia fuit fides, seu comprobatio adhibita, quàm ipsa merebatur, Bald. *in l. 2. colum. 1. vers. Vlteriùs nota argumentum, C. de errore aduocat.* vbi de illo, qui confitetur prout in tali instrumento continetur, quòd nihil videatur confiteri, nisi quatenus ex ipso instrumento colligatur, Rota per Farin. *decis. 158 num 4 part. 2. in recentior.* Cancer *lib. 3. variar. cap. 3. num 228.* Amato *lib. 1. variar. resolut. 42. num. 4.* qui sequuntur Bald. vbi proximè, Decian. *cons. 21. num 37. lib. 2.* vbi quòd promittens iuxta formam instrumenti de tali tempore, cùm sint verba relatiua, si ex instrumento nihil apparet, non tenetur, quia falsa causa non nocet, & dixi *allegatione 11. numer. 29.* & magis in terminis Felin. *in cap. 2. de rescriptis colum. 5. versicul. Aliquando num. 11.* vbi de sententia se referente ad acta, dicendo, Condemno te ad soluendum prout in actis probatur, nõ exprimendo quantitatem, quod nihil disponat, sequitur Bolognet. *in d. l. edita, C. de edendo num. 142. vers. Et sicut in simili*, Barbosa *dictione 187. num 9. & 10.* pulchrè Paul. *cons. 17. in causa decimali in principio, & in fin. lib. 2.* vbi satis ad propositum dicit, quòd si dicat concessio inuestituræ de omnibus, de quibus maiores sui fuerunt inuestiti, iuxta prædecessorum suorum inuestituras, dictio *iuxta* stat conditionaliter: & si non constat de antiquis inuestituris, nihil est concessum: & sic disponere, quòd bona maneant deposita ad constructionem capellaniarum, vt eas fundare debebat Episcopus, nihil disponit, cùm sententia non designet capellanias, nec ex quibus bonis, nec vbi, nec de qua quantitate fundari debeant, & sic suprà relatæ doctrinę loquuntur in casu difficiliori.

43 Tertiò his adstipulatur conclusio *legis si sic, §. 1. de legatis 1.* quam ex ea deducunt Bartol. Paul. Alexand. Iason, & Bald. loquentes in concessione Principis dicentis: *Concedo tibi quidquid iuris habeo in tali castro, vel do tibi priuilegium, prout tui maiores vsi sunt*, quòd talis concessio est imperfecta, & incerta, & nihil operatur, non constito de iure concedentis, vel de vsu maiorum, Oldradus *consil. 164. viso priuilegio*, Lofredo *consil. 36. num. 1.* Surdus *cons. 127. num. 29. & 30. & cons. 135. num. 48. lib. 1* Lanario *consil. 41. num 9.* Cancerius *lib. 3. variar. cap. 13. num. 144. cum sequentib.* Mieres *1. part. quæst. 64. num. 24. & 25. in 2. editione*, & sic dum sententia dicit capellanias esse fundandas, prout Episcopus tenebatur eas instituere, non condemnat ad earum institutionem.

44 Quartò, & hoc magis strictè probat Alexand. *cons. 46 nu. 9 lib. 1.* dum dixit, quòd dictio *Prout* in sententijs, & alijs dispositionibus, si ad aliquid referatur, quòd de futuro non sit, sed de præterito, de quo non constat, stat conditionaliter, & limitatiuè, & ideò sententia nihil operatur, non constito de illo præterito: idem probat Decius *consil. 63. num. 6.* loquens in individuo in relatione testamenti, quæ in transactione fit, quod si transigentes asserant, transigere secundùm formam testamen-

menti, tranſactio eſt limitata ad teſtamẽtum, & ideô non extenditur vltra quod in teſtamẽto continetur, & allegat Alexand. ſequitur Cãcer. *lib* 3. *variar. cap* 3. *num* 223. Barboſa *dictione* 296 *num.* 4. qui plures ad hanc concluſionem Doctores allegat. Mieres 1. *p. q* 64. *n.* 4. *& ſequentibus in* 2. *editione*, vbi exornat *conſ. Decij.*

45 Quintò, nam omnes concluſiones loquẽtes de ſententia, vel alia diſpoſitione, ſe ad aliam referente limitantur, ita vt nihil cenſeatur diſponere, niſi quatenus in diſpoſitione relata continetur, atque ita ſi in ea minùs plenè relatum continetur, vel nihil eius quod refertur, diſpoſitio limitari debeat, aut euaneſcat, vt ſingulariter tradit Decius *in dict. l edita, C. de edendo nu.* 36 vbi explicans Bartoli doctrinam *in d. l eum qui, §. Iulianus, ff. de conſtitut. pecunia*, de ſententia, quæ condemnat, vt ſoluatur vnũ par caponum prout anteceſſores ſoluerunt, eam reſtringit, & limitat, vt non procedat, ſi probetur anteceſſores non ſoluiſſe vnum par caponum, vel minus ſoluiſſe, vel alio modo, quàm in ſententia continetur: quia tunc ſententia, quamuis contineat certam condemnationem, debet reſtringi, & limitari ad id, quod ſolitum erat per maiores ſolui, nam ſententia ad factam à maioribus præſtitum reſtringitur, & in plùs illos condemnare noluit, nec quòd verba, quamuis certa & clara, ad aliam rem extenderentur, vt patet, ibi: *Et hoc verum eſt, & intelligitur quando illa diſpoſitio, ad quam facta fuit relatio, non reperitur, quia non recedetur à diſpoſitione, quæ certa eſt, ſecus ſi repertatur, & aliter dicit quàm relatum fuerit, quia tunc illa diſpoſitio non valet, quia erronea videtur, vt notabiliter Alexand. tradit in conſil. 9. ponderatis his, column. 9. libr. 5. & idem Cardinal. in conſil. 11. ſingulis column.* 1 Eandem concluſionem probat Decius *dicto conſil. 63. numero* 6 ibi: *Nec obſtat, quòd verba tranſactionis plenius diſponunt quàm in teſtamento contineatur, & cùm verba clara ſint, diſpoſitionem inducunt, ex quo partes habebant poteſtatem diſponendi vt ſupra: in contrarium dicebant, quia ad hoc, in quo vis tota conſiſtit, reſpondetur, quod allegata ſuprà in contrarium locum habent, & procedunt prout loquuntur, videlicet quòd valeat diſpoſitio, de qua conſtat, licèt illud, ad quod relatio habetur, non appareat, quia voluntatem certam habemus eius, qui de nouo diſponere poteſt: ſecus videtur, quando illa diſpoſitio, ad quam fuit facta relatio, reperitur, & apparet quòd aliter loquatur, quàm à referente dictum fuit: quod in propoſito contingit, & in iſto caſu non loquuntur Doctores in locis ſuprà in contrarium allegatis: nam in tali caſu diſpoſitio referentis debet limitari ſecundum diſpoſitionem illam, ad quam relatio facta reperitur, quia relatum intelligitur eſſe in referente*, & infra latè proſequitur, idem tradit Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 226. & 227. Amato *variar. tom.* 1. *cap* 42. *num.* 14. Barboſa *dictione* 296. *num.* 6. & 358. *num.* 9. vbi ſic concluſionem generalem limitat plures Authores referens, & ita in noſtro caſu, cùm ſententiæ fundationem referunt, vt fiat prout debebat Epiſcopus facere, ſi ex proceſſu non conſtat de obligatione Epiſcopi, nec ſpolium in ea ſucceſſit, eo quòd plenam probationem non contineat ſchedula, & quia teſtamenta in Indijs condita comprobata nõ reperiuntur, vnde conſequẽs eſt, quòd quãdo ſententiæ expreſsè ad dictam fundationem condemnaſſent, cùm ad Epiſcopi obligationem referantur, iuxta illam limitari debeant, & reſtringi, & quatenus debebat Epiſcopus.

46 Sextò in terminis ſententiæ tranſactæ in rem iudicatam habemus *deciſ.* 40. *part.* 2. *diuerſorum*, quæ in fauorem decidit: nam illic fuerat lis ſuper exemptione decimarum, quæ prætendebatur, iuxta quoddam priuilegium Leonis X. & erat deciſum dictam exemptionem competere iuxta priuilegium: & dubitatio fuit, an exemptio abſoluta eſſe deberet, iuxta ſententiæ verba, aut limitata iuxta priuilegium Leonis, & Rota determinauit limitatam, & reſtrictam eſſe debere iuxta dictũ priuilegium, & cùm opponeretur contra hãc deciſionem, quòd dictio *Iuxta*, poſita in diſpoſitione certa, & prolata in materia, cuius natura ſit diſponere, qualis eſt ſententia, non ſtat relatiuè, & reſtrictiuè, ſed cauſatiuè, *num.* 4. 5. & 6. reſpondit Rota has doctrinas procedere, quando de relato non conſtat, vel non appareat, ſecus verò, quando conſtat, quia tunc verba diſpoſitiua ſententiæ debent limitari, & reſtringi ad relatum, & aliter non diſponunt, & per totam deciſionem latè hęc fundatur concluſio, quam ſequitur Seſe *deciſ.* 154. *num.* 23. 24. & 25. *part.* 2. Barboſa *dictione* 187. *num.* 9 & 294. *n.* 6. Salgado *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 11. *n.* 38. & 42.

47 Septimò confirmat hoc ſingularis Baldi doctrina *in cap. cùm cauſam n.* 2 *de re iudicat.* quam refert, & ſequitur Lanarius *conſ.* 41. *n.* 1. vbi quòd ſi ſententia refert ſe ad ſtatutum, & ſtatutum eſt nullum, ſententia ſimiliter eſt ipſo iure nulla.

48 Octauò hoc ipſum perſuadet cauſæ proſequutio, nam Monaſterium in ſuis libellis, & in prima inſtantia nullam fecit mentionem de adiudicatione capellaniarum, nec petijt quòd caſu, quod in ſpolij poſſeſſione nõ mitteretur, Senatus ad earum erectionem, bona Epiſcopi condemnaſſet.

49 Et quando produxit teſtamenta eorum, qui diſpoſuerunt capellaniarum inſtitutionem, non petijt, quòd fieret inſtitutio, ſed ſolùm dixit producere teſtamenta dicta ad ſui iuris comprobationem, & poſteà in reuiſionis ſententia particularis petitio ſuper dicta in-

institutione facta non fuit, nec Ecclesia super ea aliquid respondit, nec fuerunt facti articuli, nec probationes super capellanijs, & sic prædicta verba sententiæ non possunt condēnationem operari, quia sententia refertur ad causam, quæ colligitur ex actis Bart. *in l. Iulianus verum debitorem, colum. 4. versic. Prædicta verò, ff. de condictione indebiti*, & sententia semper præsumitur lata ex causa deducta, Bald. *in l fin. vers. Et secundum hoc, C. de suspectis tutoribus*, Surd. *cons. 312. num. 16 lib. 3.* Schrader *de feudis tom. 1. part. 1. cap. 7. num. 130. pag. 427.* Guazin. *de defensione reorum, defensione 2. cap. 7. num. 11.* & ad cognoscendum an obstet res iudicata, quando sententia non continet causam expressam, est *glos. notabilis in l. si quis ad exhibendum ff. de exceptione rei iudicatæ*, dicens præsumi latam ex causa, quæ resultat ex actis, quam sequitur Bart. ibi Surd. *d. cons. 312. num. 16* Schrader *d. cap. 7. num. 130.* Capic. Galeot. *allegat. 34. num. 1. ad 6.* Ioan. Andr. Georg. *allegat. 43. num. 3. 4. & 5.* Castil. *decis. Sicil. 61. num. 12.* & dixi *allegat. 18. num. 49.* & sic cum causa prosequuta fuerit, solùm super principali negotio spolij absque alia prosequutione, nec articulo particulari super capellanij dicēdum est dictarum sententiarum verba solùm respexisse ad securitatem fundationis, quando verificaretur Episcopum debere eam facere, Surd. *dict. num. 16.* asserens quòd exceptio rei iudicatæ semper oritur ex sententia quo ad ea, quæ sunt prosequuta & de hoc est textus expressus *in l. quoties, C. de iudicijs*, vbi in generali petitione, quæ plura capita continet, res iudicata solùm obstat in prosequutis & decisis, quia acta sunt veniculum ad sententiam, & ex his sumitur interpretatio ad ea, quæ in sententia decidūntur. Schrader *d. cap. 7. nu. 130.* Salgad. *de Reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 292. & 293.* vbi ex Seraphin. *decis. 279. & 354. nu. 18.* addit, quòd ambiguitas sententiæ recipit declarationem ex actis, & etiam aliquando ex libello, vt ex eodem Seraphin. *decis. 640 num. 18. & tom 1. & cap. 12. num 69. & 70.* & cùm hìc non inueniatur libellus, acta, nec particularis prosequutio super dictis capellanijs, dicendum omninò est, sentētiarum verba condemnatoria non fuisse, quem conceptum cōprobat expresè Thusc. *tom. 7. liter. S. concluſ. 131. num. 1. 5. & 6. & sequent.* vbi dicit, quòd sententia, quæ aliquid per modum causæ determinat, rem iudicatam non operatur, nisi super deductis per modum causæ, adsit expressa petitio, plena causæ cognitio, & prosequutio, & ponit exemplum, quando sententia aliquem condemnat, vt soluat onera & grauedines, quia est vsusfructuarius, nam tunc non præiudicat sententia, in eo, quod sit vsufructuarius, niti super vsufructu adsit petitio, & plena causæ cognitio, Scaccia *de appellat. q. 17. limitat. 6. membro 9. num. 10.* vbi ex Bald. *in l emptor, §. ancilla in princip. in 2. lectura. ff. de rei vindicat.* dicit, quòd si sententia loquitur per verba enuntiatiua de præsenti, rem iudicatam operatur, si super enuntiato sit plenè cognitum, aliàs non, quod exemplificat *num. 11. in fine*, & latè exornat Salgado *de Regia protectione, p. 4. c. 9. n. 34. cum quatuor seqq.* & dixi *allegat. 18 n. 50.*

50 Nonò, quia animus Senatus in dictis sententijs, solùm fuit, bona spolij assecurare per viam sequestri dictarum summarum ad fundationem faciendam, attenta dictæ Ecclesiæ egestate, & quòd fabrica nullos habet reditus, & est in partibus Indiarum, sequēns in hoc arbitrium iudicibus circa sequestra faciēda datum per *l. si fideiussor, §. si satisdatum ff. qui satisdare cogantur*, quæ materia arbitrio iudicis relinquitur: & ibi ita notant DD. Gonçal. *ad regul. 8 Chancellariæ, §. 7. proœm. num 27.* & bonorum authoritate iudicis sequestratorum, nec dominium, nec possessio amittitur, *l. interesse puto*, vbi notat Bart. & Alexand. *ff. de adquir. possessione.*

51 Et cùm sententiæ verba hunc sensum possint habere, qui condenationem non indu cit, debet interpretatio Ecclesiæ fauorabilis sequi, ex doctrina Butrij *in cap. aduersario, nu. 6. ad medium, de exception.* dicentis sententiam præsumi latam fuisse ex causa leuiori, & minus præiudiciali, Rota *decis. 14. tit. de re iudicat. in antiquis*, Socin. *in l. si à te, n. 4. ff. de exceptionib. rei iudicatæ*, Schrader. *de feudis tom. 1. part. 9. cap. 7. num. 92.*

52 Et sententiæ verba debent intelligi eo modo, quo condemnatus minus damnum patiatur, Bartol. *in l. Iulianus, num. 5. ff. de condict. indebit.* Cravet. *consil. 188. numer. 6.* Menochio *consil. 307. num. 94.* Riminald Iunior *cons. 48. num. 63 lib. 1.* Salgad. *part. 4 cap. 12. num. 66. cum duobus sequentib.* legendus ex *num. 62.* vbi quòd sententiæ verba debent reduci ad mentem iuris, & qualia de iure debent esse: quod etiam tradit Rota *decis. 40. num. 10. p. 2. diuersorum.*

53 Decimò, quia melior sententiæ interpretatio est, quæ ex ipsa colligitur, & sic hæc sententia quatuor dispposuit, duo certa, & reliqua incerta, & non liquida.

54 Certa sunt adiudicare spolium Ecclesiæ, & Monasterio 100 ducata pro suis prætēsionibus: incerta, & non liquida, sunt iubere, quòd in depositario remaneat necessaria quātitas ad dictam fundationem, & etiam vt soluantur Episcopi debita. Si ergo iuxta vltimam sententiæ partem nullus Episcopi creditor ius habet contra spolium, suo credito non probato: ergo eodem modo capellaniæ nullum ius habere poterunt ad exigendam quantitatem pro sua fundatione assignatam, dum non probetur earum creditum, & Episcopū illas quātitates à fundatoribus accepisse.

55 De-

55 Denique nunc agitur de executione rei iudicatæ, & vt ex spolio fundatio fiat, necessaria est expressa condemnatio liquida, & clara, quæ si non inuenitur, exequi non potest, sed noualis necessaria est: & si antequàm liquidetur, exigatur quantitas, grauamen manifestum fit, vt tradit Rota *decis. 100 part. 1. diuersorum, cum adductis à* Scaccia *de appellat. quæst. 17. limitat. 10. num. 54. & seqq. & num. 58. ad finem*, qui explicat excessum, & grauamen, quãdo fieri vult exequutio pro non contentis in sententia.

56 Quibus additur, quòd in dicta exequutoria non litigarunt capellaniæ, & ideò sicut ex ea nullum eis poterat præiudicium generari, si spolium ab earum fundatione fuisset absolutum, ita nec in earum fauorem aliquid ex ea potest deduci, quia contrariorum eadem est ratio, & disciplina, & quia sententia non prodest, nec extendit vires suas vltra eos, qui in iudicio interfuerunt, *leg. & an eadem cum vulgaribus ff. de exception. rei iudicatæ*, Cancer. *lib. 3. variar. cap. 17. num. 40. cum quinque sequentibus.*

ARTICVLVS III.

57 SEptem fundamenta peremptoria habet Ecclesia Cathedralis de Guadalaxara, ad hoc vt visionis decretum reuocetur, quoad condemnationem reddituum capitalis capellaniarum à die mortis Episcopi, vsque ad realem solutionem.

58 Primum fundamentum est, hos reditus per contractum, aut stipulationem non deberi, nec iure actionis, sed officio iudicis ob priuilegium *legis in minorum, C in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria*, cuius dispositionem Monasterium ad causam piã vult extendere, & sic si non adest res iudicata super redditibus, sed solùm super capitali, ad hoc vt deponatur pro assecuratione dicti capitalis, habemus intentum.

59 Et si adest res iudicata super sorte principali, obstabit etiam in quantum ad absolutionem horum reddituum, cùm super interesse non fuerit pronuntiatum, & ita hi reditus in alio iudicio peti non possunt, vt probatur *in l. terminato, C. de fructibus & litium expensis, l. 4. C. depositi*, & est capitalis doctrina Innocentij *in cap. grauis, de restitutione spoliator* qui casus æquiparat, quando interesse fructus, & expensæ in libello non fuerunt deductæ, & iudex super principali pronuntiauit, nulla de eis facta mentione, aut quando simul cum principali fuerunt in libello petitæ, & iudex condemnationem omisit, quòd vtroque casu cẽsetur reum absoluisse: sequitur Butrius i. Bald. *in l. cùm proponas, C. si quis alteri, vel sibi, num. 4.* Auend. *responso 6. in 1. conclusione*, Thesaur. *decis. 135. num. 2. vers. In contrarium*, vbi dicit in illo Senatu fuisse iudicatum, Peregrin. *de fideicommiss. art. 49. num. 147. versic. Septima conclusio*, & in petente rem cum redditibus, Crauetta *consil. 320.* Thuscus *tom. 5. liter. O. conclusione 116. num. 100.* Surd. *decis. 69. per totam*, & ibi Hodierna *in additione num. 2. 3. & 4.* vbi loquitur in vtroque casu, quando redditus iam petiti, omittuntur, vel in petitione non fuerunt expressi, Cancer. *lib. 3. variar. cap. 16. num 85. vsque ad 100.* Barbos. *in l. eũ quem temerè, de iudicijs, num. 167 cum pluribus sequentibus*, Giurba *decis. 66. num. 8. & 9.* Castillo *tom 6. cap 135 nu 16. pag. mihi 170.* qui alios plures referunt Authores hanc distinctionem amplectentes, & post eos Merlin. *contr. 20. num. 4. vers. Replicabatur.*

60 Nec dicatur, quòd cùm obligatio soluendi hos fructus propter moram descendat ex *d. l. in minorum*, iure actionis debentur: nam non omne, quod iure debetur, debetur iure actionis, in pluribus enim casibus ius obligat ex causa moræ, vt in solutione fructuum & interesse: & tamen non potest peti, nisi officio iudicis.

61 Et tunc iudicis officium operatur, & non contractus partium, qui non interuenit, vt in casu disputato à Menoch. *lib. 3. præsumpt. 45.* in terminis illius, qui exigit sortem principalem, absque redditibus, quia tunc videtur eos remittere, iuxta *l. 4. C. depositi, l. centum Capuæ, l. fin ff. de eo quod certo loco, l. vinum, ff. si certum petatur.*

62 Et cùm hæc conclusio limitetur in interesse, & fructibus, qui iure actionis debentur, quia debentur æquè, & principaliter, *l. qui per collusionem, §. pretij sorte ff. de actionib. empti gl. in l. non solùm, ff de rei vindicat & in l. si marito, §. si fundum ff solut. matr.* Ruginell. *in pract. q. q. 14. num. 2.*

63 Disputat Menoch *dict. præsumpt. 45.* an interesse, quod debet venditor ob rem debito tempore non traditam, debeatur iure actionis, taliter, quòd per receptionem rei videatur renuntiatum petitioni interesse: & resoluit interesse renuntiatum remansisse, cùm sit accessorium, & ideò in alio iudicio peti nõ posse, quem refert, & sequitur Ruginell. *in practicis d. q. 14 n. 41.*

64 Secundum fundamentum est, quòd nunquam in hac causa fuit, nec nunc reperitur post assertam executoriam persona, vel certus locus, cui debeatur dicta quantitas ad capellaniarum constructionem assignata, & ita Ecclesia creditorem non habuit, & per consequens moram non incurrit: vndè ad reddituum solutionẽ obligata non est, vt probatur *in l. pecunia, l. cùm quidem 17. §. si pupillo, ff. de vsuris*, quæ loquitur in fideicommisso, quod debet pupillo restitui, qui tutorem non habet, quòd non incurratur mora, nec debeantur vsuræ, & rationem adducit text.

Quid

Quid enim potest imputari ei, qui soluere, etsi vellet, non potuit, & iterũ ibi: *Vsuræ enim non propter lucrum petentium sed propter moram non soluentium infliguntur*, & ita notat ibi Bald. Salicet. & Florian. Bart. *in l. item illa, ff. de constituta pecunia, num.* 11. Alex. *cons.* 92. *num.* 9. & 10. *lib.* 1. Rota per Farinac. *decis.* 577. *part.* 2. *in recent.* Escobar *de ratiocin. capit.* 13. *num* 36. & *sequentibus*, idem Farinac. *decis.* 29. *num.* 1. *ad medium, tom.* 2. *in posthum.* & Rota *decisione* 219 *ex num* 6 *tom.* 5 *in recent. edit. ann.* 1636. Gratian. *tom.* 2. *cap.* 400. *n.* 78. vbi quòd mora non contrahitur, nisi constet de legitima persona, cui solutio fieri debet, Posthius *decis.* 275 *num.* 7 *post tractat. de manutent.* Cancer. *tom* 2. *variar. cap* 6 *num* 144. *in* 1. *edit.* & *nu.* 155. *in* 2. *edit.* Scaccia *de commerc.* §. 2. *glos.* 5. *nu.* 101. *pagin.* 365.

65 Et hoc modo limitatur, *l. in minorum, C. in quib. caus.* vt tradit Paul. ibi *num.* 3. *versic. Et intelligo*, & ibi Iacobin. *num* 4. *ad fin.* dicit esse notandum, & Alexand. *d. loco*, dicit hanc limitationem procedere etiam in mora regulari, quæ non incurritur, si persona, cui soluatur, non inuenitur, & Farinac *d. decis.* 577. loquendo etiam in regulari mora, & ad euitandam caducitatem, quòd ea non incurratur, nisi in loco sit persona, cui fiat solutio, Cãcer. *tom.* 2. *variar. d. c.* 6. *n.* 144.

66 Tertium fundamentum est, quòd Ecclesiæ fabrica, ad quam pertinet hoc spolium, magnam patitur egestatem, & vt talis litigauit, & quando Episcopus decessit, hæc bona in receptoris Senatus potestate fuerunt sequestrata, occasione litis à Monasterio intentatę, & adhuc in sequestro remanent, nec illis potest Ecclesia frui, cùm priùs soluenda sint 10ℳ. ducata, Monasterio applicata per rem iudicatam: & debent etiam in sequestro remanere pecuniæ ad institutionem capellaniarum destinatæ, & data hac impossibilitate soluendi, moram Ecclesia non potuit incurrere, vt probatur *in d. l. cùm quidam, §. pupillo ff. de vsuris*, & ibi hoc notat *glos. verbo non potuit*, ibi: *Et sic nota, quòd non imputatur alicui, si non facit, quod etsi facere vellet, non posset, glos. in l. vinum, & in l. lecta, ff. si cert. petat.* & in terminis ita notat Scaccia *de commerciis, §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliatione* 8. *num.* 100. *vers. Amplia primò, pag. mihi* 182. Cæsar Minent. *decis* 61. *num.* 31. & 32. & *num.* 42. *vsque ad* 46. Nouar. *tom.* 1 *quæstion forens. quæst.* 25. *ex num.* 5. Hodierna ad Surd. *decis.* 262. *ex num.* 3. vbi refert Minadoium *decis.* 17 Seraphin. *decis.* 1059. *numero* 8. Velascus *de priuileg. pauper. part.* 1. *quæst.* 17. *ex num.* 39 & in terminis ad limitationem *d. l. in minorum, C. in quibus causis*, ita obseruat Iacobinus *in d. l. in minorum, numer.* 2. *vers. Addite quòd difficultas.*

67 Quartum fundamentum est, quòd si prædictæ capellaniæ fruuntur priuilegio minoris, & Ecclesiæ, hoc debet esse contra non priuilegiatas personas, & non contra habentes æquale priuilegium, vt habet Ecclesia de Guadalaxara, iuxta vulgarem regulam, quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatum nõ vtitur suo priuilegio, de qua per Bart. & Iasonem *in authentica quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* Castill *decis. Siciliæ* 193. *n.* 9. & *nu.* 10. Nouar. *in tract. de priuileg. miserabilium personarum priuileg.* 46. *n.* 5 & 6. *in* 1. *edit.*

68 Et in terminis ad limitationem *d. l. in minorum*, tradit Cynus ibi, *quæst.* 14. Albericus *num.* 1. *versicul. Quæret Vbertus, vtrùm hæc lex locum habeat in duobus minoribus*, Petrus de Bellapertica ibi *colum.* 2. *in fine, versicul. Sed quæro.*

69 Quintum fundamentum est, quòd Ecclesia de Guadalaxara petijt restitutionem in integrum aduersus moram à se commissam (casu quo eam incurrisset) & hæc restitutio ei sufficit ad excusationem interesse, vt post Iacob. de Aret. tradunt Cynus *d. l. in minorum, n.* 21. *vers. Hìc quæro iuxta præmissa*, & ibi Albericus *num.* 4.

70 Sextum fundamentum deducitur ex Gratian. *tom.* 4. *cap.* 688. *num.* 19. & 20. vbi resoluit, quòd vsuræ legatorum debentur, quando legatum consistit in specie: nam tunc recta via transit dominium in legatarium, & ita vt speciei, similiter fructuum dominus est: non sic in legato quantitatis, nam quousque eam hæres soluat, legatarius quantitatis dominus non est, & sic in sui fauorem redditus non producit, & hoc etiam procedit in legatis relictis Ecclesiæ, & pio loco, & ibi *num.* 10. 21. & 22. consulit Gratianus, quòd legatarius inquirat, an hæres cum pecunia hæreditatis fuerit lucratus, ad hoc vt possit respectu lucri vsuras petere.

71 Vltimum fundamentum ex suprà relatis prouenit, cùm negari non possit, Ecclesiã bonam fidem habuisse, cùm ignorauerit ad horum reddituum solutionem teneri, & nunquam super eis fuerit interpellata, & ad excusationem à solutione reddituum non requiritur bona fides positiua, sed sufficit, quòd absit mala fides, *l. sed & si lege, §. scire, ff. de petitione hæreditatis*, ibi: *Nonne putò prædonem qui dolo caret, licèt erret in iure*, & ibi aduertit Bartol. *num.* 2. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 3. *num.* 8. *versic. Præterea*, Osaseus *decis.* 160. *nu.* 8. Rota per Burat. *decis.* 714 *nu.* 5. & 6. *pag.* 48. & ad hoc non requiritur titulus, sed sufficit qualisqualis occasio possidendi, Hieronymus Gabriel *consil.* 35. *num.* 44. *lib.* 2. Osascus *dict. decis.* 160. *num.* 8. Gutierrez *lib.* 3. *practicarũ quæst. quæst.* 71. *à numer.* 12. Rota per Farinac. *decis.* 320 *n.* 1. *tom.* 2. *in recentioribus*, vbi id ampliat, etiamsi possessio sit virtute tituli inualidi, & *num.* 2. vbi addit, quòd bona fides, quę sufficit ad adquisitionem fructuum, potest causari ex

iniuſtis, & temerarijs titulis, quod latè proſequitur *deciſ.665.n.7. eadem part.2.* Riccio *deciſ.333.p.3. inter deciſiones Curiæ Archiepiſcop. Neapolit.* Nouar. *tom.1. quæſt. forenſ. quæſt 46. per totam*, Seraphin. *deciſ.473 n.2* vbi probat, quòd ob crediti illiquidationem excuſatur mora.

Ex quibus concludimus, Senatus decretum forè emendandum, & prouidendum, vt ab Eccleſia petitur.

SVMMARIVM Allegationis 28.

1 *Prætenſio partis proponitur, & num.2.*

3 *Allegatio diuiditur in tres articulos, qui proponuntur, vſque ad num.7.*

8 *Iuris patronatus pertinentia probatur ex multiplicatis præſentationibus factis per anteceſſores litigantis: & ibi quòd duæ ſufficiũt, & quòd in præſentationibus antiquis non requiritur quòd ſortitæ ſint effectum.*

9 *Item probatur ex ſententijs, quæ iubent fieri*

præindivat ſucceſſoribus, & num.28.

29 *Poſſeſſor maioratus, nec tacitè, nec expreſsè poteſt iuri ſuo renuntiare in ſucceſſorum præiudicium.*

30 *Farinac. deciſ 284. nu.8. p.1. in recentior. & alij pro hac opinione in fauorem ſucceſſorum patronatus, ponderantur.*

31 *Quaſi poſſeſſio alicuius iuris non poteſt adquiri ſine ſcientia & patientia illius, in cuius præiudicium intenditur adquiſitio.*

32 *patroni ſi ſint plures & aliqui præſentent, an, & quomodò poſſeſſio nominantium, eorum, qui non præſentauerunt, ius conſeruet, & num.33.*

34 *Ius patronatus hæreditarium efficitur gentilitium ex obſeruantia ſubſequuta, & ex duabus præſentationibus, quæ effectum ſortitæ ſint.*

35 *Patronatus gentilitius probatur ex eo, quòd patroni præſentantes ſemper fuerunt vnius familiæ.*

36 *Prouiſiones Eccleſiaſticæ & ... diſponere.*

eam. 1. deciſ. 216. n. 298. & in praxi iuris patron. reſolut. 184.

13 Et confirmatur, quia licèt non tranſeat regulariter patronatus ad fideicommiſſarium, vt infrà ex *num. 63.* tamen quando adeſt expreſſa voluntas fundatoris, abſque dubio tranſibit, vt per Garcia *de benef. part. 5. capit. 9. num. 19* Viuian. *de iur. patronat. lib. 4. capit. 2. num. 77.* Rice. *in praxi iur. patronat. reſolut. 179. num. 2.*

14 Nec obſtabit primò opponere, quòd quamuis dictus Chriſtophorus Vazquez de Acuña aggregauerit vinculo & meliorationi dictum patronatum, nullum effectum habuit aggregatio: quia D. Ioanni de Acuña meliorato nihil pro eo fuit imputatum, ſed integrè ei fuit adiudicata bonorum melioratio.

15 Cui ſatisfaciunt Couarr. & Molin. & alij citati *num. 2.* qui quando dicunt patrem poſſe de patronatu hæreditario diſponere, & illum vinculare in fauorem vnius ex filijs, cæteros excludendo, reſoluunt etiam filios exclu ſos de hac aggregatione non poſſe conqueri,

18 Quibus accedit ſe contra D. Hieronym minatos, nam cùm in ſe in eum translatum ſorem D. Ioannis de meliorationis, qui ſui fauorem obtinuit, poteſt, *l. cùm à matre*, cie Peregrin. *de fideico art. 43. nu. 8.* vbi qui obtinet, allegare non ſibi præiudicare: ſequi 395. *n. 177. & conſ. 1.* 5. & 8. qui loquitur è tis, quòd neque pote re, Rota per Farinac. dium, *part. 1. in recenti* 14. *num. 129 & 130.* ciſ. Rotæ 554. *num. 4.* uorabilis obtinenti alios, vt non poſſi miſſum.

hanc allegationem eſt-
num Vela, & ab eo no-
endat patronatum fuiſſe
ti Hæredem, & ſucceſſ-
Acuña primi ſucceſſoris
n diuiſione decretum in
illud impugnare non
de rei vindicat. & in ſpe
miſ. art. fin. num. 33. &
auorabilem ſententiam
poteſt eſſe iniuſtam, &
tur Fuſar. *de ſubſtitut. q.*
31. & 32. & conſ. 39. n.
iam in hærede obtinen-
ſt ſententiam impugna-
deciſ. 154. num. 4. poſt me-
ribus, Mieres 4. *part. q.*
n 2. editione, Ludouiſ. *de-*
vbi quòd ſententia fa-
præiudicat etiam intet
impugnate fideicom-

19 Nec secundò obstabit replicare, quòd ex dicta partitione, & consilio ab aduocato dato super dubio huius patronatus, constat fratres renuntiasse vinculo ab auo facto, & sic patronatum liberum illis remansisse.

20 Nam satisfit. Primò, quia consilium aduocati duo asserit in fauorem D. Antonij Vela Carrillo.

21 Primum in quantum approbat fundationem maioratus, asserens quòd casu quo sit certa in patronatu, debet succedere ad maioratum vocatus, & cùm iste sit D. Ioannes de Acuña pater D. Hieronymi, in consequentiã pro eo suffragium tulit.

22 Secundum, quòd non existente institutione maioratus, succedet proximus in linea, & ætate, præcipuè descendens ab antiquis patronis: & quamuis hoc non sit certum, quia omnes consanguinei successuri erant, ex *Clementina plures de iur. patronat. c 1 eod tit.* & suprà dictum est *num.* 11. nihilominus hoc est in fauorem D. Antonij Vela, quia descendit ex maiori filio antiqui patroni.

23 Secundò, nam calculatores in eorum sententia, viso aduocati consilio, hęc proferũt verba: *Que los bienes de Almeida, y el patronazgo los aya aquel, à quien de derecho le tocare, y en el interin lo gozen todos:* & cùm tunc constasset hunc patronatum pertinere ad D. Ioannem de Acuñ, virtute meliorationis Christophori Vazquez eius aui, fuit idem, quòd si eidem D. Ioanni patronatum adiudicarent, ex *l. ait Prætor, §. si iudex ff. de re iudicata.*

24 Quod corroboratur ex præsumptione *l. qui Romæ, §. duo fratres,* & quod ibi Bart. *notat q 1 ff. de verbor. oblig* vbi ex diuisione inter cohæredes facta, non præsumitur fideicommissi renuntiatio. Fusar. *de substit. q 593. nu. 5.* & hìc sumus in clariori casu, nam melioratio & patronatus adiudicantur D. Ioanni de Acuñ primo vocato, atque ita intendi non potest, quòd ex dicto actu patronatus renuntiatus fuit.

25 Et quando expressè fuisset renuntiatus, & vti bona allodialia adiudicatus D. Ioanni de Acuña, vel fratribus, vel omnibus de familia, hoc præiudicare non poterat legitimis successoribus dicti maioratus causari præiudicium, nã possessor compromittere non potest, nec trãsigere super bonis maioratus, *l. non solum, C. de prædijs minorum,* Molin. *lib 4. c. 9. n. 7. & seqq.* Intrigl. *de substit centur. 3. q 73 ex n. 93.*

26 Tertiò, quando expressè prædicti D. Antonius & D. Ioannes compromisissent dubiũ patronatus in dicto aduocato, & ille pronuntiasset in fauorem alterius partis, adhuc vitute talis sententiæ, nullum poterat successoribus dicti maioratus causari præiudicium, nã possessor compromittere non potest, nec trãsigere super bonis maioratus, *l. non solum, C. de prædijs minorum,* Molin. *lib 4. c. 9. n. 7. & seqq.* Intrigl. *de substit centur. 3. q 73 ex n. 93.*

27 Nec etiam poterat præiudicare successoribus dicti maioratus, & patronatus inclusis in eo, sententia contra illum pronuntiata, qua declaratum fuit non esse vinculatum, quia dictus D. Ioannes non plenè defensus fuisset, & collusisset, si in iudicium non deduxisset iura sua, & actiones, & non instasset pro consequutione maioratus, *l. ex contractu ff. de re iudic.* cũ latè adductis à Molin. *lib. 4 cap. 8. n. 7.* Castill. *tom. 6. c. 157. n. 25. & seqq.*

28 Nec tertiò obstabit opponere, præsentationes post partitionem factas fuisse à D. Antonio Vela, & D. Ioanne de Acuña fratribus in D. Christophoro Vela, & in Doctore Sahagũ. Vndè patronatus vinculo videtur derogatum, præcipuè illius, quem intendimus esse D. Ioãnis de Acuña primi vocati ad dictum maioratum.

29 Nam satisfit. Primò, quia cùm non possit dictus D. Ioannes de Acuña possessor vinculi expressè iuri patronatus derogare, vt suprà *num* 25. nec etiam tacitè potuit, nec permittere D. Antonium eius fratrem simul cum eo præsentare, Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 10.* vbi ex hoc fundamento latè probat, quòd res maioratus non potest præscribi in præiudiciũ successorum.

30 Secundò, Rota apud Farin. *decis. 284. n. 8. p. 1. in recent.* hunc punctum decidit in fauorem istius partis; dicit enim, quòd quando patronus aliquem admittit, vt secum nominet, ex quo eum constituit in quasi possessione præsentandi, hæc quasi possessio solum præiudicat admittenti, & non successoribus, quod refert, & sequitur additio ad Ludouis. *decis. 417 num. 13. verùm ista admissio,* Ludouic. Posth. *de manut. obseruat. 32. n. 14.*

videtur illum vſum fuiſſe ſuo iure alterius excluſiuo, & ſic ceſſat præſumptio ſcientiæ, & patientiæ, vt in ſimili tradunt Doctores, quòd quando ſunt plures patroni, poſſeſsio illorum, qui nominant, conſeruat poſſeſsionem non nominantium, quia videntur præſentare ex iure ad omnes pertinente, ex Garcia *de benefic. part. 5. cap. 5. num. 115. & ſequent.*

33 Sed quãdo præſentatio fit animo alios ſpoliandi, tunc non conſeruatur poſſeſsio nõ præſentantium Garcia vbi ſupra num. 117. qui hoc exemplificat, quando qui præſentat, dicit in præſentatione eſſe vnicum patronũ, & ad eum ius præſentandi pertinere, ſequitur additio ad Ludouiſ. *dict. deciſ. 417. num. 15.* Viuianus *de iure patronatus lib. 5. cap. 2. num. 38. pag 311. & cap. 4. num. 49. pag. 223.* Ricc. *in praxi iuris patronat. reſolut. 216. num. 3. verſic Tertiò declaratur.*

34 Quinto, quando D. Antonius Vela ex prædictis præſentationibus adquiſiſſet aliquod ius ad patronatum, hoc erat in fauorem D. Antonij eius nepotis, quia eas fecit eo quòd ad eum pertinebat patronatus, vt familiaris, & gentilitius, vti ſucceſſorẽ, & deſcendentem proximiorem antiquorum patronorum, ex traditis a Viuian. *in praxi iur. patron. lib. 4 cap. 9. ex num. 39. cum ſequent. pag. 250.* vbi quòd ius patronatus hæreditarium efficitur gentilitium obſeruantia ſubſequuta, & ex duabus præſentationibus, quæ ſortitæ fuerũt effectum, idem tradit Ciarlin. *contr. for. contr. 1. num. 17.*

35 Et quando D. Antonius intẽderet probare qualitatem dicti patronatus ex eo quod ſemper eum poſſederint conſanguinei, & deſcendentes iſtius familiæ ſucceſsiuè antequam Chriſtophorus in patronatu ſucceſsiſſet, eſſet etiam in fauorem neporis, ex traditis à Gratia. *tom. 3. cap. 521. num. 19.* vbi dicit, quòd quando dubitatur de patronatu gẽtilitio, probatur ex eo quòd patroni præſentantes ſemper fuerunt vnius familiæ, ſequitur Viuian. *lib. 14. c. 2. num. 51. & 52. pag 690.* Barboſ. *de iure Eccleſ lib. 3. cap. 12. n. 23. & 24.* Maranta *contr. lib. 2. reſp. 16. num. 2. & 3.* quia ex hoc ille verè patronus erat, & excludebatur D. Hieronymus Vela, qui de familia non eſt, vt infra latè probabitur.

36 Denique ſicuti prouiſiones Apoſtolicæ, & Ordinarij, ſpretis patronis factæ, qualitatem beneficij non mutant, nec in aliquo patronis præiudicant, vt per Garcia *part. 5. cap 5. num. 112. & ſequentib. & num. 118. & 119.* Rota per Farinacium *deciſio. 172. num. 9. tom 1. in poſthum.* Viuian. *de iure patronat. lib 5 cap. 4. num. 59. & ſequent. pag. 324.* Barboſ. *dict. capit. 12. num. 99.* ita eodem modo confuſio, & immixtio præſentationum D. Antonij Vela non mutauit qualitatum dicti patronatus, quam ex fundatione habebat. Ex quibus colligitur hunc patronarum ad vinculum, & maioratum relatum pertinere.

ARTICVLVS SECVNDVS.

37 EX præſentationibus in primo articulo relatis conſtat D. Ioannem de Acuña poſſeſſorem iſtius maioratus inſtituti à D. Chriſtophoro Vazquez eſſe in poſſeſsione præſentandi, nam à tempore quo dictum maioratum poſsidet, tres fecit præſentationes, quæ effectum habuerunt, vt ſunt D. Chriſtophori Vela, Doctoris Sahagum, & Doctoris Garcia Rodriguez de Mata vltimi poſſeſſoris iſtius beneficij, quod nunc controuertitur, & ad hãc quaſi poſſeſsionem vnicus ſolum actus ſufficit, vt notatur in *cap. querellam de electione, capit. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & propriet. capit. conſultationibus de iure patronat.* vbi ad literam probatur præſentatum à patrono, qui eſt in quaſi poſſeſsione præſentandi, præferri præſentato à proprietario, & ita tradunt *gloſſ. & Doctores*, Barboſ. *in collectan. ad dict. cap. conſultationibus, num. 6. & de iure Eccleſ. lib. 3. capit. 12. ex num. 185. vbi numero* 188. cum Garcia, & Riccio probat vnicam præſentationem ſufficere, Viuian. *de iure patronat. lib. 5. cap. 4. num. 69 verſic. Adde prædictis*, Gutierr. *conſ. 4 num. 32.* vbi dicit, quòd quando ordinarius facit collationem, procedit abſque difficultate, Poſthu. *in tractatu de manut obſeruat. 18. num. 16. & obſeruat. 32.* & toto tempore, quo præſentatus, & inſtitutus viuit, & beneficium poſſidet, patronus ſuam poſſeſſionem continuat, vt per Guid. Bon. *aduocat. 32. num. 7. 8 & 9.*

38 Et cùm hæc cauſa non ſit cum Ordinario, ſed inter præſentatos, non eſt neceſſarium pertinentiam patronatus fundare, cùm hoc omnes fateantur, vt per Barboſ. *de iure Eccleſiæ lib. 3. cap. 12. num. 24.*

39 Cùm ergo prædictus D. Ioãnes de Acuña ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi, etiam in ea inuenitur D. Antonius Vela, vti in maioratu ſucceſſor, cui eſt dictus patronatus annexus, quia ſiue maioratus ſit dignitas, vel corpus vniuerſale, poſſeſſor maioratui poſſidet, & illius virtute, & ſic hæc poſſeſſio ad ſucceſſores ipſius maioratus, & dignitatis tranſit, vt per Viuian. *lib. 5. cap. 2. num. 18. pag. 308.* & cum pluribus Poſthum *de manut obſeruat 55 num. 90.* vbi dicit, ſucceſſori in dignitate, vel officio, aut præbenda dandam eſſe manutentionem ex poſſeſſione anteceſſoris, Salgad. *de Regia protect. part 3. cap. 10. num. 158.*

40 Et in Hiſpania, *vt exl 45. Tauri* conſtat, tranſit in ſucceſſorem maioratus poſſeſſio ciuilis, & naturalis bonorum illius, & à fortiori etiam tranſit poſſeſſio patronatus annexi maioratui, vt in ſpecie tradit Garcia *de beneficijs part. 5. cap. 5. num. 15. & 16.* idem dicit

Sal-

Salgado *de Regia protectione dict. cap. 10. num.* 156. 157. & quòd sit verus possessor translatarius virtute subrogationis concessæ à Pontifice cum possessione, Gonçalez *ad reg. 8. Cancellar. §. 3. proœmiali num. 84. & sequent.*

41 Nec obstabit replicare, non constare D. Ioannem de Acuña præsentationem fecisse vti successorem maioratus instituti ab auo.

42 Nam respondetur. Primò, prædictum Ioannem de Acuña in præsentatione Christophori Vela eius fratris hæc verba protulisse: *El Ilustrissimo señor don Iuan de Acuña, hijo legitimo de los señores Blasco Nuñez Vela, y doña Brianda de Acuña, sucessor en la Casa de la dicha doña Brianda de Acuña su señora madre, Patrono que es, y presentador que es del beneficio Curado de la Parroquial Iglesia del lugar, ò villa de Almeida, con sus annexos diocesis de Zamora, como sucessor en la Casa y mayorazgo de la dicha señora doña Brianda de Acuña su madre, Patrona, y presentadora que ella era, y sus antecessores en la dicha Casa y mayorazgo, &c. dize, que presenta al dicho don Christoual Vela.*

43 Ex quo expressè titulum possessionis patronatus fatetur, cui est standum, Bald. *in l. 1. num. 3. C. de reuocand. donat.* & ibi Angelus, Bart. *in l. Celsus, de vsucap num. 5.*

44 Secundò, quòd quamuis in præsentatione Doctoris Garcia Rodriguez de Mata vltimi possessoris facta à D. Ioanne de Acuña anno 597. non inuenitur expressum dictam præsentationem facere vti successorem maioratus matris, quando expressè hoc requireretur, supplebatur ex declaratione Francisci Nuñez Vela eius sobrini filij D. Antonij, qui in scriptura declarauit patronatum ad eum non pertinere, sed ad dictum D. Ioannem eius patruum, vti successorem maioratus D. Briandæ, & vinculi de Zamora: ex qua declaratione & præsentatione publicè facta Ordinarius iudex collationem fecit dicti beneficij, & in sententia, supra dicta verba refert.

45 Ex quibus duæ conclusiones deducuntur, quæ in hac materia negari nõ possunt. Prima, confessionem inter compatronos probare pertinentiam patronatus, vt supra *n.* 10.

46 Secunda sententia, in qua declaratur aliquem esse patronum, beneficium qualificare, & probare esse patronatus, vt supra *num* 9. cui etiam fauet resolutio Viuian. *de iure patronat. lib. 5. cap. 2. num. 13. & 14. & lib. 11. cap 6. num. 9* quatenus probat consensum patroni, ad hoc, vt Pontifex, vel Ordinarius faciant beneficij collationem, esse actum possessionis in fauorem patroni: sequitur Posthum. *obseruat. 32. num. 3.* & sic cùm hic agatur de quasi possessione maioratus Christophori Vazquez de Acuña, plurimum conducit confessio habentis interesse, in qua fatetur ad eum non pertinere præsentationem, sed ad maioratum.

47 Tertio, quando non fuisset expressa declaratio præsentandi virtute dicti tituli, sufficeret legalis præsumptio, quòd præsentabat virtute tituli præcedẽtis, qui erat maioratus Christophori Vazquez eius aui, cum alius titulus non sit, nec ostendatur, *l. quædam mulier, & ibi gl. ff. fin ff. de rei vindicat l. 1. §. 1. ff de exceptio. rei iudicat. l. qui negotiationem*, vbi Bart. *ff. de administrat tutor.* Surd. *consil. 16. num 13. & consil. 19. num. 19. & consil. 28. num. 38. & consil. 44 num. 13. & consil. 94. num. 34.* Passetus *consil. 135. num* 1. Mastrill. *decis. 114. n. 42.*

48 Ex quo notauit Bald. *consil. 89. num. 4. lib. 1.* quòd licet ille, qui non habet titulum, præsumatur possidere pro possessore, & à se ipso, & non ab alio: tamen vbi præcedit titulus, & sequitur possessio, præsumitur possidere ex titulo præcedenti, siue sit titulus ex contractu, siue ex vltima voluntate, idem Bald. *cons. 116. num 2. volum. 2.* Socin. Senior *cons. 104. num. 20. lib. 4.*

49 Et quando præcedit testamentum, & institutio hæredis, & institutus inuenitur in possessione, vt hæres præsumitur possidere, & virtute testamenti præcedentis, Ancharran. *consil. 139. num. 2.* quem sequitur Menoch. *lib. 6. præsumpt. 67. num. 6.*

50 Et idem est, quando præcedit institutio maioratus, vel fideicommissi, nam præsumitur fuisse subsequentem possessionem illius virtute. Menoch *d. præsumpt. 67. num. 4 & 5* Nata *consil. 506. num. 13.* vbi dicit, quòd si appareat primogenitum ex vna familia possedisse aliqua bona, præsumendum est possedisse ex inuestitura præcedenti, quæ vocat solos primogenitos. Et in eadem causa consuluit Cephal. *consil. 132. num. 75.* & ex eadem ratione Ruin. *consil. 108 num. 23. volum. 2.* dicit, quòd vbi constat possessiones fuisse alicui in feudum concessas, tunc vassalli præsumuntur possidere ex titulo, & causa feudi, etiamsi non constet illas fuisse in feudo inclusas, *& consil. 53. num. 12. volum. 4.* vbi dicit idem procedere, etiam quòd res potuerit in contractu comprehendi, quia præsumitur virtute ipsius possedisse, Nata *consil. 446. num. 10 & cons. 460 num 10. 520. num* 8. quæ omnia latè prosequitur Surd. *consil. 94. num. 34.* & in terminis Rota apud Ludouic. Posthum. *decis. 331. num. 12. post tractatum de manutent* probat præsentationem præsumi factam virtute donationis præcedentis.

51 Ex quo in individuo hic casus decidi-tur in fauorem maioratus Christophori Vazquez de Acuña, nam in eo expressè hic patronatus inuenitur inclusus, & nõ poterat D. Ioannes præsentare virtute alterius maioratus, quia si erat institutus antequam nasceretur Christophorus Vazquez, patronus esse non poterat, vel successor dicti patronatus, sed D. Antonius frater eius, qui maior natu erat, & sic possessio est specifica virtute d maioratus.

52 Quarto, quia cum claram, & certam pos-

possessionem haberet virtute maioratus D. Briandæ eius matris, vt dicit dictus D. Ioannes de Acuña in præsentatione relata supra *num.* 2. præsumitur esse continuatam, vsque ad præsentem diem, *l. sine possidetis, C. de probat. vbi gloss. & Doctores*, Rota *decis. 66. num. 2. inter decisiones Siluestri Zachiæ*. Posth. *de manutent. obseruat. 29. num. 12. & 13.*

53 Denique ex his manifestè deprehenditur, vltimum statum, quem habent præsentationes huius beneficij, esse prouisionem Garciæ Rodriguez de Mata vltimi possessoris obtentam ex sola præsentatione dicti D. Ioannis de Acuña, quæ fuit ab eo insolidum facta, vti possessore dicti maioratus D. Briandæ, quæ præsentatio à suo consobrino fuit recognita: quibus etiam conuenit præsentatio Licentiati D. Hieronymi Dauila nunc facta à D. Antonio Vela, vti successore legitimo, & vocato ad patronatum D. Briandę, quę actum factum à D. Ioanne de Acuña eius patruo prosequutà fuit: & quod magis attendi debet in prouisione beneficiorum, est vltimus status, in quo reperiuntur, *cap. consultationibus, de iure patron.* Oldrad. *consil. 312. num. 2. in fine, & num. final*, Rota *decis. 2. num. 2. de præbend. in nouis & 45. num. 1. de rescriptis in antiquis*, Gregor. XV. *decis. 77. num. 3.* Viuian. *de iure patronat. lib. 11. cap. 6. num. 12. pagin. 532. & lib. 14. c. 2. num. 3. pag. 683.* Riccius *in praxi de iure patronat. resolutio 82. & resolutio 91. & resolut. 214. & 216.* Barbos. *in collectanea ad cap. consultationibus, de iure patronat. num. 7. & de iur. Ecclesiæ lib. 3. capit. 21. num. 188.* Posth. *de manutent. obseruat. 70. num. 52. 55. & 56. & obseruat. 73. num. 4. & decis. 171. num. 121. post tractat.*

54 Et ex hoc notauit Viuianus *de iure patronatus lib. 5. cap. 4. num. 63. pag 324.* quòd si in præsentationibus anterioribus interuenerunt ad præsentationem plures patroni, & in vltima, vnicus tantùm præsentauit, ex hoc constituitur vltimus status ad qualificandum patronatum, & quòd istius præsentatio præfertur. Posthio *obseruat. 71. num. 52.*

ARTICVLVS TERTIVS.

55 Diuersæ exceptiones obstant D Hieronymo Vela, & Licentiato Ioanni Martinez ab eo præsentato, quæ non solùm excludunt quasi possessionem præsentandi, sed proprietatem pertinentię patronatus.

56 Prima, quia spurius est D. Hieronymus, & natus ex coniugato, & soluta, vt constat ex testamento D. Ioannis de Acuña eius patris, & ex dispensatione ab eo obtenta, vt possit succedere in eius bonis, & sic patronus esse non potest, nec successor huius patronatus.

57 Et quo ad hoc duę faciendę sunt inspectiones. Prima, attento iure communi Secunda, attenta particulari dispositione, quam super hoc patronatu fecit Christophorus Vazquez de Acuña.

58 In quantum à iure commune, in successione illegitimorũ in iure patronatus duo casus distinguuntur. Primus, quando patronatus est hæreditarius.

Secundus, quando est gentilitius, & pertinet ad eos, qui sunt de familia, & parentela.

59 Quando patronatus est hæreditarius, & sic in terminis primi casus, vt in dubio præsumitur, vt supra *num. 11. & 12.* filius illegitimus eodem modo, quo est capax hæreditatis paternæ, similiter etiam est capax patronatus à patre instituti, vti paternis bonis annexi, iuxta distinctionem traditam à Rocho de Curte *de iure patron. verbo competens alicui, quæst. 2. n. 9. versic. Tamen omnibus rectè consideratæ*, Gratian. *tom. 3. cap. 521. num. 34.* Rota per Farinac. *decis. 319. num. 4. & decis. 615. tom. 1. in posthumis, & decis. 126. part. 1. in recentior.* Posthio *decis. 172. num. 19. & 20. post tractatum de manutent.* Viuian. *de iure patronat. lib. 4. c. 2. n. 68.* Riccio *de iure patronat. resolut. 161.*

60 Et idem procedit, quando institutio patronatus fit verbis naturalibus, quæ conueniũt tam legitimè, quàm illegitimè natis, quia tunc succedunt etiam illegitimi ex verbis testatoris, vt per Rotam apud Farinac. *decis. 571. ex num. 13 vsque ad finem, tom. 2. in posthumis*, quę loquitur in successione iuris patronatus, & prius *decis. 350 post 2. tom consil. crimin.* Viuia. *decis. 45. per totam post tractatum de iure patronat.* qui loquitur in successione capellaniæ, Lother. *de re beneficiali. lib. 2. quæst. 11. num. 141.* Riccius *dict. decis. 161. de iure patronatus*, eleganter Beltram. *in addit. ad Ludouis. decis. 433. num. 23.* vbi cum Garcia, & alijs optimè distinguit inter patronatum verbis naturalibus institutum, & institutum verbis ciuilibus.

61 Et quando essemus in terminis huius casus, habet D. Hieronymus tria obstacula, quæ penitùs impediunt successionem huius patronatus.

62 Primum, quia eius pater recognouit incapacem esse suorum bonorum vti spurium; iuxta *l. 9. Taur. Auth. ex complexu, C. de incest. nupt.* & sic disposuit, quòd peteretur legitimatio, & ipse in eodem testandi actu petijt, & obtenta fuit, quæ ad succedendum in patronatu ei opitulari, non potest ex defectu potestatis legitimantis; cùm patronatus sit res spiritualis; vt in specie tradit Rochus de Curte *verb. competens alicui, quæst. 2. num. 8 versic. Et istis fundamentis videtur, quod etiam legitimatus per Imperatorem*, Lother. *de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 139. 140.* nisi in quantum patronatus fuerit annexus bonis, in quibus spurius potest succedere per legitimationem, vt per Couarru. *in 4. 2. part. capit. 8. §. 8. num. 18. ad fin.* Gratian. *tom. 2 cap. 218. num. 11. 12. & 13.* Lup. *de illegitim. commentar. 3. §. 1. num. 43.* & cùm non

sit